LIBRI JUDICUM ET RUTH

SECUNDUM VERSIONEM SYRIACO-HEXAPLAREM,

QUOS EX CODICE MUSEI BRITANNICI NUNC PRIMUM EDIDIT,
GRÆCE RESTITUIT NOTISQUE CRITICIS ILLUSTRAVIT

DR. T. SKAT RØRDAM.

PRÆMITTITUR DISSERTATIO
DE REGULIS GRAMMATICIS, QUAS SECUTUS EST PAULUS TELLENSIS IN VETERI TESTAMENTO EX GRÆCO SYRIACE VERTENDO.

HAVNIÆ.
APUD OTTONEM SCHWARTZ.
TYPIS EXCUDEBAT J. C. SCHARLING.
MDCCCLXI.

Præfatio.

Veteris Testamenti secundum versionem Pauli Tellensis vel Syriaco-Hexaplarem, ut vulgo dicitur, magna pars jam pridem edita est; desiderabantur adhuc omnes libri historici, libro quarto Regum excepto. Offero jam tibi, Benevole Lector, libros Judicum et Ruth, haud ingratum subsidium per eos rei criticæ versionis LXX interpretum accessurum sperans.

Codex, ex quo desumpti sunt hi libri, in Museo Britannico asservatur, in quod ex monasterio S. Mariæ Deiparæ Nitrensi advectus est. Continet tantum libros Judicum et Ruth, sed in eadem biblio theca extant libri Exodi, Numerorum, Deuteronomii, 1 Regum (h. e. 1 Sam.) et pars Geneseos, ut, si hi libri editorem invenerint, magna incrementa captura sit notitia versionis Syriaco-Hexaplaris. — Quo anno scriptus sit codex, nulla subscriptione significatur, sed forma literarum nonum seculum referre videtur; hoc saltem pro certo statui posse puto, eum non post annum millesimum exaratum esse.

In codice folium unum deest versus 22—32 capitis primi libri Judicum comprehendens, et in fine duo folia lacera sunt, ita ut nonnulla verba et literæ perierint, quæ tamen facile restitui possunt. Utrique libro præmissus est brevis conspectus argumenti et capitum (ܡܥ̈ܠܬܐ ܕܪܥܘܬ — ܡܥ̈ܠܬܐ ܕܣܦܪܐ ܕܕܝ̈ܢܐ) quem, quia mihi levis esse momenti visus est, non transscripsi. Etiam quæ in margine codicis aliquoties extant vestigia divisionis capitum et lectionum ecclesiasticarum*) omisi, quia in ipso codice negligentissime tractata sunt.

*) In libro Jud. ad cap. 2, v. 1 in marg. adscriptum est: ܩ ܩܩ, ad 3, 5: ܩܩ ܝ, et in libro Ruth ad 1, 1: ܩܩ ܐ, ad 1, 3: ܩ, 1, 7: ܝ, 1, 15: ܕ, 1, 19: ܗ,

In ipso textu sæpissime picta sunt varia signa ejusdem fere generis atque ea, quæ proferunt *M. Norberg* (in præfatione Codicis Syr. Hex., quem edidit Lond. Goth. 1787) et *J. G. Hasse* (Libri IV Regum Syro-Heptapl. specim., Jenæ 1782, pag. 45), quod aperte eodem consilio fecit scriba noster atque illi, ut postea scholia reliquorum interpretum versiones continentia adscriberet. Hæc vero scholia quum omnino desint, ne illa quidem signa in editione protuli. Ipsum autem textum cum omnibus punctis diacriticis et interpunctionis et signis criticis Origenis quam accuratissime potui edidi *), nec quidquam in eo mutavi, quod non annotaverim **), nisi quod Ribuj, quod pronomini [Syriac text] et numeralibus interdum adpingit scriba, interdum omittit, ego regulas secutus *Barhebræi* ***) semper omisi, nisi super numeralia cum suffixis conjuncta et feminina ab XI ad XIX, quibus, etiam ubi defuit, Ribuj adpinxi. Quod ad emen-

---

2, 1: ○. Lectiones ecclesiasticæ in lib. Jud. tantum adscribuntur; sic ad 5, 1, ubi in textu præmittitur [Syriac text] ○: Dominicæ palmarum (hoc unico loco ejusmodi res inseritur), in marg. adscriptum est: [Syriac text] ○: lectio trigesima sexta versiculos continens CCCC; sed plerumque aut lectionis aut versiculorum tantum numerus notatur.

*) Quæ dubia in apographo meo inter elaborandum mihi occurrebant, cum codice conferenda amicus *A. X. Bleeck* Londinensis benevolentissime suscepit, cujus rei lubenter occasionem arripio ut publice ei gratias agam.

**) Plerumque quæ correxi in notis commemoravi; interdum tamen quod in textum inserui brevitatis causa parenthesi ( ) tantum inclusi, qua re designatur, id in codice non extare.

***) Liber Splendorum, Lib. IV. cap. V, sect. 2 fin. (Cod. Mus. Brit. Add. 7, 201 fol. 241): [Syriac text] — Et ib. Lib. I, cap. XVIII, sect. 2, (cod. Mus. Brit. f. 77 versa, sq.): [Syriac text] — Si quis operæ pretium esse contendet, etiam irregularitates, quæ in codicibus Syriacis occurrunt, cognoscere, et eam ob causam Ribuj retineri volet, eum ad eas partes versionis Syr. Hex., quæ hactenus sunt editæ, allegabo; ibi satis ejusmodi irregularitatum inveniet.

dationes meas attinet, ܘ otians afformativum plurale masculini, ubi desiderabatur, addidi, non ܝ afform. feminini, quamquam contendunt grammatici nostri *), hæc afformativa utraque promiscue scribi et omitti; nam *Barhebræus* **) ܝ femininum quidem a scribis occidentalibus antiquioribus (cum quibus nobis agendum est) omitti dicit, ܘ non item, unde omissionem hujus pro mendo scribæ habui.

Plurimis laborat mendis codex, ut fieri solet, in signis criticis Origenis; paucis tantum locis Metobelus adpingitur, sæpissime signum, de quo agitur, in margine pictum est, quamquam manifesto ad verbum vel verba in media demum linea refertur, et multis locis signa perversa afferuntur vel omnino desiderantur. Hæc quantum potui emendavi; non tamen, quod fecit *Middeldorpf* in editione libri quarti Regum, quæ desunt verba in textu Hebræo, Obelo expunxi, nam nobis de re critica Origenis tantum agitur, quæ vià historicà disquirenda est, non nova instituta comparatione textus Hebræi et LXX interpretum; sed tantummodo ubi in codice aliquo Græco signum criticum remansit, quod in versione Syriaca deest, hoc in textum introduxi. Signa critica, quæ in nostro codice occurrunt, sunt Asteriscus (·⋇·), qui verba ex reliquis interpretibus inserta denotat, Obelus (÷), qui verba a reliquis interpretibus non allata expungit, et Hypolemniscus (~), quo sub signo Origenes varias lectiones vel versiones variorum codicum versionis LXX inserebat. Præter hæc tria ego non raro, plerumque loco Asterisci, Lemniscum (⁘) ***) in textum intro-

---

*) cfr. *Hoffmann*, Gramm. Syr. § 53, 4. Idem *H. Thorndicius* dicit in præmonito ad var. lect. Bibl. Syr. (Bibl. Polygl. Londin. Tom. VI): „Monendus est lector, in personis verborum, in quibus ܘ masc. plurale vel ܝ fem. sing. sive plurale reticetur, sine discrimine ܘ et ܝ apponi vel omitti solere ab eis, qui codices Syriacos scribunt".

**) Lib. Splend. Lib. IV. cap. V, sect. 2 (Cod. Mus. Brit. f. 240): ܩܛܠܢ ܢܫ̈ܐ ܡܢ ܟܠ. ܘܢܩ̈ܒܬܐ., sed ibid: ܡܕܢܚ̈ܝܐ ܡܥܪ̈ܒܝܐ ܡܩ̈ܕܡܝܐ ܘܐܚ̈ܪܝܐ ܠܐ ܡܫܘ ܡܟܠܡܫܬܐ ܐܝܟ ܩܛܠܘ ܩܛܠܝܢ ܒܩܛܠܘܢ ܠܐ (ܡܟܠܡܫܬܐ ܢܘܩܙܐ) ܡܩܕܡܘ ܩܛܠܘ ܝܘܕܐ ܩܛܠܘܗ ܡܟܠܡܫܬܐ ܡܫܬܘܕܥܐ. Ex his verbis manifestum est, Barhebræum omissionem ܘ otiantis non agnovisse.

***) Nomina Hypolemnisci et Lemnisci signis ~ et ⁘ tribui *Masium* secutus (Josvæ imperatoris hist. Antwp. 1574. p. 123).

duxi, cujus signi vis fere eadem est atque Hypolemnisci*). Occurrit quidem non raro signum ∻, sed semper supra vocem ad scholion marginale delegans (vid. notam ad Jud. 6, 32), unde fortasse colligere possis, id in versione Syriaco-Hexaplari non fuisse pro nota critica usurpatum, sed ejusmodi sententiæ obstat, quod *Masius* l. l. diserte commemorat, hoc signum in suo codice extitisse (in editione ÷ pingit), et idem de cod. Ambros. Mediol. affirmat *Norberg* in præfatione Codicis Syro-Hexapl. Lemniscum in textum Syriacum inse-

---

*) Ex versione Syriaca non patet, *utrum* discrimen inter Lemniscum et Hypolemniscum id sit, quod tradit *Epiphanius* (de mens. et pond. cap. VIII), Lemniscum versionem aliam testimonio plurium, Hypolemniscum vero versionem pauciorum codicum testimonio confirmatam introducere (sic enim sine dubio intelligenda sunt verba Epiphanii, ut recte divinavit Masius, Josvæ imp. hist. p. 123), *an* id, quod statuit *Isidorus Hisp.* (Orig. I. 20), Lemniscum apponi iis locis, quæ S. Scr. interpretes eodem sensu, sed diversis sermonibus transtulerint, Hypolemniscum (vel Antigraphum) vero, ubi in translationibus diversus sensus haberetur. Manifestum enim erit, in locis permultis ex arbitrio fere pendere, utrum versiones diversum an eundem sensum habere dicas. Sed hoc indubitate ex traditionibus veterum de usu horum signorum apparet, sub utroque signo variam lectionem vel versionem variorum codicum ab Origene insertam (vel in margine saltem positam) fuisse, quod idem de Hypolemnisco probat versio Syr. Hex., cfr. Jud. 3, 24. 5, 22. Jer. 1, 8. 47, 1. Ezech. 13, 22. Sed dolendum est, quod *Middeldorpf* in Codice Syriaco-Hexaplari, quem edidit (Berol. 1835), omne discrimen inter Obelum et Lemniscum et Hypolemniscum delevit, omnia hæc signa pingendo ∻, quod signum perrarum est (ut ex *Hassii* specim. libri IV Regum et *Brunsii* Curis hexapl. in libr. IV Regum, in Repertorio Eichhornii, Tom. VIII. IX. X, apparet) nec unquam, ut opinor, in versione Syr. Hex. pro Obelo fuit usurpatum (cfr. *Hasse* l. l. p. 44). Ipse etiam *Bugatus*, quamquam affirmat (præfat. in Danielem, p. XXVII), se nihil omnino, ne errata quidem, in codice edendo immutasse, in editione Danielis saltem signa critica negligentius tractavit (vid. *Michaelis*, Neue Orient. Bibl. VI, p. 192). Quod nisi fecissent illi viri, nulla dubitatio est, quin nunc certiora hac de re proferre possemus. (*Norberg* in præfatione Codicis Syr. Hex. nomen Obeli signo ∻ tribuit, sed hoc errore fit; nam nunquam ∻ in iis libris, quos edidit, occurrit, et Obelum signum fuisse frequentissime in Hexaplis obvium, quis ignorat? Non dubito, quin nomen Obeli transferendum sit ad signa ÷ et ⸚, quæ Lemniscum et Hypolemniscum nominat. Nomen Lemnisci quidem Jer. 27, 18. not. t. signo ⸓ tribuitur, sed suspicor formam signi a Norbergio vel typotheta immutatam esse; nam ⸓ (Ezech. 21, 4. not. d) et ⸚ (4 Reg. 15, 5. not. c, cfr. *Brunsii* Cur. hex. in. Repert. X. p. 65) diserte nomine Obeli insigniuntur, et utrumque signum plerisque locis sine ulla dubitatione vim Obeli habere putandum est, cfr. Jer. 4, 29. 7, 4. 8, 7. 21. 9, 1. 14, 22. 26. 17, 23 sæp.).

rui, ubi nullum signum criticum in eo extabat, si codex aliquis Græcus eum exhibebat. Sed plerumque ubi editio mea Lemniscum exhibet, codex Asteriscum habebat, quem in Lemniscum corrigebam, ubi verba, de quibus agebatur, in textu Hebraico non leguntur, sed aliam versionem verborum Hebraicorum jam translatorum continent. Interdum quidem vocem vel enuntiationem Lemnisco notavi, quæ merum additamentum ideoque Obelo notanda esse videri possit (sic Jud. 4, 9. 20. 6, 27. 11, 23. 15, 18. 16, 11. 21 al.), sed hoc bene cum usu Lemnisci conciliari potest, si tale additamentum in aliis codicibus versionis LXX extabat, in aliis deerat. In omnibus vero illis locis etiam aliæ aderant causæ, quæ ut Lemniscum Obelo præferrem impellerent. Primum quærendum erat signum, cujus forma similitudinem quandam cum Asterisco præberet, ita ut per eam scriba usus ejus ignarus facile ad permutationem signorum invitaretur; hoc vero multo magis de ∻ quam de ⸓ (vel ÷) valere, non facile quisquam negabit. Deinde non raro talibus locis codex aliquis Græcus Lemniscum exhibebat; denique, quod maximi est momenti, Obelus ea verba expungebat, quæ in versione LXX, non autem apud reliquos interpretes occurrebant, unde in iis codicibus, qui textum »vulgatum« præcipue exhibent, imprimis quærenda sunt verba Obelo notata; quo quum accedat, ut hæc verba, quod vel mediocris notitia codicum Græcorum nos docet, etiam in hexaplaribus codicibus perraro deleta sint, necesse est in codicibus plerisque reperiantur. Sed ea verba, quæ Lemnisco notavi, semper in codicibus perpaucis*) et iis quidem hexaplaribus leguntur; inde igitur manifestum est, ea ab Origene Obelo non fuisse notata, itaque nullum signum nisi Lemniscus restat, quo pro Asterisco utamur. Ea causa, quam postremo loco attuli, etiam sufficiet ut defendat, me interdum Obelum in Lemniscum correxisse.

Textui Syriaco versionem Græcam adjunxi, qua re eum textum Græcum restituere studui, quem Paulus Tellensis in vertendo ante oculos habuit. Constat quidem eum non multum ab illo differre, quem exhibet cod. Alexandrinus cum iis codicibus, qui hunc sequi dicuntur (et editionibus Complutensi

*) Sunt hi codices fere semper sex, qui ab *Holmesio* insigniti sunt numeris 54. 59. 75. 84. 106, 134; ad eos plerumque accedunt 44. 76. 82. 128, rarius *Alex.* (III), *Sarrav.* (IV), 19. 58. 108, lect. marg. codicis 121 et editt. *Compl.* et *Ald.* Codices iidem sunt, qui verba Hypolemnisco notata exhibere solent.

et Aldina), quibus idcirco brevitatis causa nomen *hexaplarium* tribui (omissa ea distinctione inter textum tetraplarem, hexaplarem et Luciano-Hesychianam, quam fecit *Holmes*, præfat. in Pentat., cap. I, 11, nam comparatio cum versione Pauli Tellensis luculenter demonstrat, eam retineri non posse, cfr. etiam *Hävernick* Einleit. I. 2, p. 57 s.); sed sicut hi ipsi codices locis permultis inter se differunt, et fere omnes plus minus cum textu »vulgato« permixti sunt, ita nullus est codex, qui non multis locis a Syro discrepet, et idcirco operam me perdidisse non puto, quam in textu Græco restituendo impendi; vix enim multum erramus, si eum omnium accuratissime textum hexaplarem Origenis præbere putamus.

Ut vero hanc restitutionem textus Græci instituerem, primum omnium necesse erat eas regulas invenirem, quas in vertendo secutus est Paulus Tellensis. Quod nisi ita fecissem, fieri non posse videbam, quin maxima incertitudine laboraret versio mea; videbam præterea, eos, qui hucusque versionem Syriaco-Hexaplarem Græce vertere conati sunt*), tam negligenter rem egisse, ut qui eos sequeretur permultis locis in errorem incurrere necesse esset. Ejusmodi regulas jampridem quidem *Plüschke* (l. l. pag. 17 ss.) protulit, sed tam generaliter rem instituit, ut fere quivis linguæ Syriacæ peritus, versione Syr. Hex. nunquam inspecta, tales regulas proponere possit, quæ vero peculiaria sunt vel difficultatem efficiunt in hac versione, obiter tantum vel prorsus non ab eo commemorantur. Denuo igitur necesse erat regulas investigarem, cujus investigationis fructus in Dissertatione præliminari proposui. Ne-

*) Primus omnium hoc fecit *Masius* (Josvæ imperatoris hist. Græce, Antw. 1574 fol.) recte perspiciens, versionem Syr. Hex., si res critica per eam esset juvanda, Græce esse vertendam. Sed quum textus Syriacus ejus hucusque deperditus fuerit, et codex libri Josvæ, qui in Museo Britannico asservatur, nondum sit editus, ejus versionis a nobis nulla ratio haberi potuit. Unus tantum idem quod nos facere conatus est, versione Græca textui Syriaco adjungenda, *J. G. Hasse* (Libri IV Regum Syro-Heptapl. Specimen, Jenæ 1782. 8vo). Partes majores vel minores passim translatæ sunt a *G. L. Spohn* (Jeremias vates ex vers. Judæor. Alex. Lips. 1794—1824. 8vo), *P. J. Bruns* (Curæ hexaplares in librum IV Regum, in Repertorio Eichhornii, Tom. VIII, IX, X), *G. Tb. Lo.* (Zu den Hexaplen, ib. Tom. XV.), *C. Bugato* (Psalmi secundum edit. LXX Syriace, Mediol. 1820. 4to), *J. T. Plüschke* (De Psalter. Syr. Mediolan., Bonnæ 1835. 8vo), *H. A. Hahn* (Δανιηλ κατα τους Ἑβδομηκοντα, e cod. Chisiano, Lips. 1845. 8vo), et imprimis ab *H. Middeldorpf* (Codex Syriaco-Hexaplaris, Berol. 1835. 4to).

que tamen in regulis proponendis id egi, ut omnia irregularia in versione Syr. Hex. obvia percenserem, quorum permulta mera menda videntur scribarum, hoc enim nimis longum esset opus; sed regulas generales protuli cum exceptionibus gravissimis et sæpissime obviis, quibus imprimis versio librorum a me edendorum defenderetur. Neque tanta arrogantia sum, qui hoc ita prospere mihi cessisse credam, ut nihil desit commemoratione dignum, nec quidquam sit dictum quod emendatione non egeat, sed spero fore, ut viri harum rerum periti his conatibus indulgeant, tanto magis, quod ante me nemo hoc ita fecit, ut mihi aliquod subsidium afferret ad regulas inveniendas.

Neque tamen definitis regulis grammaticis, quas secutus est Paulus Tellensis, res peracta erit; etiam necesse est accurate constituere, quomodo singulas voces vertere solitus sit. Sed hoc definire novum lexicon Syriaco-Græcum esset conscribere, quod operæ pretium illud quidem esset, sed multo fines dissertationis excederet. Hac de re ideo mihi tantummodo est dicendum, me nullam vocem in versione Græca posuisse, de qua non accurate disquisiverim, num voci Syriacæ, de qua ageretur, responderet.

Jam si regulas in Dissertatione propositas examinaveris, manifestum tibi erit, non paucas formas et constructiones Græcas Syriace eodem modo verti, sicut etiam multæ sunt voces Græcæ, quibus eadem vox Syriaca respondeat. Hoc quidem efficit, ut nunquam ita restitui possit textus Græcus Pauli Tellensis, ut omnis dubitatio tollatur, neque tamen res desperanda est, nam via satis tuta ejus constituendi ea erit, ut in talibus locis lectio codicum hexaplarium ei præferatur, quam præbent codices reliqui, et si inter duas vel plures lectiones codicum hexaplarium sit eligendum, præferatur lectio eorum codicum, qui ut plurimum cum versione Syriaca consentiunt*). Ne tamen quis dicat me leviter in hac re egisse, plerumque in notis annotavi, textum Syriacum aliam etiam lectionem permittere. Hoc tantum brevitatis causa

*) Proxime ad eam accedunt ii codices, qui ab *Holmesio* numeris 19. 108 et IV (h. e. cod. *Sarrav.*) notati sunt, et ille codex *Escurialensis* (*v.* III. 5), cujus varias lectiones a *Moldenhawero* excerptas se ad editionem Holmesianam adhibere non potuisse dolet *Parson* (præfat. ad librum Judicum), sed ego fere integras inter schedas Moldenhaweri in bibliotheca Regia Havniensi asservatas deprehendi et passim in notis nomine *Esc.* laudavi. Secundum locum post illos tenent codd. 54. 75. 84. 106. *Alex.* et edit. *Complut.*

omisi, ubi in eodem verbo optio facienda erat inter Perfectum et Aoristum; inter Aoristum primum et secundum; inter Conjunctivum, Optativum, Futurum et Imperativum prohibitivum et tertiæ personæ; inter Imperativos omnium temporum; inter Activum et Medium activæ significationis; ubi idem nomen in variis codicibus non mutata significatione varii erat generis (ut *ὁ* et *ἡ Βάαλ*), et ubi eadem præpositio in variis codicibus cum vario construebatur casu non mutata significatione fundamentali (ut *ἐπί* et *πρός* c. Gen. Acc. Dat., *παρά* c. Dat. et Acc.), item ubi eligendum erat inter voces quasdam synonymas frequentissime obvias, quæ Syriace semper per eandem vocem vertuntur, scil. *οἰκία* et *οἶκος*; *σκῆνος* et *σκήνωμα*; *κακός* et *πονηρός*; *κακία* et *πονηρία*; *ἀκούω*, *εἰςακούω* et *ἐπακούω*; *ἀπαντάω*, *συναντάω* et *ὑπαντάω* cum substantivis derivatis; *ἀναστρέφω*, *ἀποστρέφω*, *ἐπιστρέφω* et *ὑποστρέφω* cum subst. deriv.; *ἀπέρχομαι* et *πορεύομαι*; *ἀναγγέλλω* et *ἀπαγγέλλω*, *ἀποστέλλω* et *ἐξαποστέλλω*; *ἔρχομαι* et *παραγίνομαι*; *ἐμπίμπρημι* et *ἐμπυρίζω*; *ἔναντι*, *ἐναντίον* et *ἐνώπιον*; *ἐκ* et *ἀπό*; *σύν* et *μετά*; *οὐ*, *μή* et *οὐ μή*; quivis enim vel mediocriter in hac versione versatus, talia Syriace distingui non posse, facile intelliget. Item ad nomina propria, quæ plerumque in codicibus Græcis diversissime scribuntur, sæpius nihil annotavi, si aliæ formæ præter eam, quam in versione attuli, legi possunt. Quum enim Paulus in nominibus propriis scribendis plerumque versionem Peschitam sequatur, manifestum est, ex ea forma nominis, quam exhibet versio ejus, ut plurimum nihil definiri posse de forma, quam exhibuerunt Hexapla vel codex ejus Græcus. Ubi vero ab ea forma, quæ in Peschita extat, discedit Paulus, hoc annotavi, ut appareret, quamnam formam in codice suo Græco legerit. Ubi ex textu Syriaco certo definiri non potest, utrum vox aliqua Græce ponenda sit necne (quod imprimis de Articulo et Præpositionibus valet), talem vocem typis minoribus exprimendam curavi.

DISSERTATIO

DE REGULIS GRAMMATICIS,

QUAS SECUTUS EST PAULUS TELLENSIS

IN VETERI TESTAMENTO EX GRÆCO SYRIACE VERTENDO.

CAPUT PRIMUM.

De versione Pauli in universum.

§ 1. **V**ersionem Pauli in universum jampridem ejusmodi esse constat, ut textum Græcum verbum de verbo transtulerit, cujus rei exemplo Philoxenus in Novo Testamento vertendo ei præierat; quod ut accurate faceret, et ordinem vocum et singulas voces, quantum ullo modo fieri posset, ita servavit, ut ne linguam Syriacam quidem violare vereretur. Hoc quidem efficit, ut si loquendi genus in ejus versione adhibitum respicias, inter deterrima, quæ protulerunt literæ Syriacæ, sit habenda, si vero de usu ejus in crisi versionis LXX interpretum instituenda quæras, eam ipsam ob causam maximi sit momenti, nec facile puto, ullam versionum antiquarum ei in hac re esse præferendam. Hujus rei exempla pauca hæc sufficient: ܐܢ ܐܝܬ ܠܟܘܢ ܡܛܝܒܐܝܬ *εἰ ἔχετε ἑτοίμως* Dan. 3, 15 (bene Syriace esset ܐܢ ܡܛܝܒܝܢ ܐܢܬܘܢ); ܗܘ ܕܥܬܝܕ ܠܢܘܢܐ ܪܒܐ ܕܠܡܬܚܝܕܘܬܗ *ὁ μέλλων τὸ μέγα κῆτος χειρώσασθαι* Job. 3, 8 (pro ܢܘܢܐ ܪܒܐ ܕܠܡܬܚܝܕܘܬܗ); ܓܕܫ ܕܚܙܘܐ ܘܚܠܡܐ ܠܡܦܠ ܠܡܠܟܐ *συνέβη εἰς ὁράματα καὶ ἐνύπνια ἐμπεσεῖν τὸν βασιλέα* (pro ܕܚܙܘܐ ... ܢܦܠ ܡܠܟܐ) Dan. 2, 1, quas constructiones dubitare fere possis, num quis linguæ Syriacæ tantum peritus intelligere possit. Extant quidem loci, ubi Paulus a constructione Græca decessisse videatur, e g. ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܝ ܗܘܝܐ ܥܒܝܬܐ *ἤμην ὑλώδης λίαν* Job. 29, 5, sed semper dubitatio relinquitur, num eum textum Græcum ante oculos habuerit, quem exhibent codices nostri, quæ dubitatio ea re augeri videtur, quod ejusmodi loci imprimis in Hagiographis occurrunt, in quibus apparatus criticus editionis Holmesianæ non magna cura est congestus*).

---

*) Variæ lectiones pleræque editionis Aldinæ omissæ sunt (quod etiam in prophetis sæpe accidit), sin autem ita tractata est editio tritissima, de usu codicum quid cogitandum est!

§ 2. 1) Interdum tamen necesse erat, voces Græcæ Syriace transponerentur, ne sensus nimis obscurus fieret, e. g. ܐܠܝܨܬ ܢܦܫܗ ܕܐܝܣܪܝܠ ܒܥܡܠܐ *ὠλιγοψύχησεν ἐν τῷ κόπῳ Ἰσραήλ* **Jud. 10, 16 (**ܐܠܝܨܬ ܢܦܫܗ ܒܥܡܠܐ ܕܐܝܣܪܝܠ **non potuisset recte intelligi). — *a)* Idem plerumque fit, ubi Græce genitivus nomen regens præcedit, sive ille nomen est sive pronomen personale vel possessivum, quia bene Syriace genitivus semper posteriorem locum occupat, e. g.** ܡܪ̈ܕܝܬܗ ܕܢܗܪܐ *τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα* **Ps. 45, 5;** ܥܠ ܚܝ̈ܐ ܕܝܠܗ *κατὰ τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς* **Job. 24, 22;** ܢܬܩܝܡ ܡܠܬܐ ܕܝܠܢ ܒܠܒܐ ܕܝܠܟ *ἐρειδέτω ὁ ἡμέτερος λόγος εἰς τὴν καρδίαν* **Prov. 4, 4, cfr. v. 23. 22, 17. 23. Job. 17, 15. 20, 21 al. Sunt sane loci, ubi genitivus Syriace etiam priorem locum teneat, e. g.** ܡܢܘ ܕܝܠܢ ܡܪܝܐ ܐܝܬܘܗܝ *τίς ἡμῶν Κύριός ἐστι;* **Ps. 11, 5;** ܕܝܠܗ ܒܡܘܬܐ *αὐτοῦ ἐν θανάτῳ* **Job. 27, 15, cfr. Prov. 15, 26, sed hoc perraro fit, nisi verbum vel vox verbi partes agens inter nomen rectum et regens intercedit; tunc enim fere semper genitivus præcedit, e. g.** ܕܒܥܠܕܒܒܐ ܐܫܬܠܡܘ ܣܝ̈ܦܐ *τοῦ ἐχθροῦ ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι* **Ps. 9, 7;** ܐܢܬ ܕܝܠܝ ܐܝܬܝܟ ܡܥܫܢܢܐ *σὺ μοῦ εἶ ὁ σκεπαστής* **Ps. 70, 6, cfr. Jud. 19, 22;** ܕܝܠܝ ܗܝ ܡܠܟܬܐ *ἐμὴ βουλή* **Prov. 8, 14, cfr. Job. 26, 3. *b)* Etiam ubi adjectivum substantivum suum præcedit, hæ voces Syriace plerumque transponuntur, e. g.** ܡܣܠܝܐ ܡܛܢܦܐ ܘܠܐ ܕܟܝܐ *ἐβδελυγμένος καὶ ἀκάθαρτος ἀνήρ* **Job. 15, 16;** ܡܢ ܥܡܠܐ ܕܝܠܟ ܟܐܢܐ *ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων* **Prov. 3, 9, cfr. 22, 11. Job. 7, 6;** ܒܝܘܡܐ ܕܝܘܡܢܐ *ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ* **Jer. 1, 18, cfr. Ezech. 2, 3; extant tamen loci, ubi adjectivum priorem occupat locum, ut** ܐܝܟ ܣܘܓܐܐ ܕܚܢܢܐ ܕܝܠܟ *κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου* **Ps. 50, 3, cfr. Job. 12, 4;** ܟܠܗܘܢ ܕܫܪܟܐ ܫܠܝܛܢ̈ܐ *πάντες οἱ ἐπίλοιποι ἄρχοντες* **Jer. 39, 3.**

2) Si quæ conjunctio Græce locum tenet linguæ Syriacæ non congruum, necesse est Syriace in justum locum transponatur. Sic conjunctio *τέ*, quæ Græce vocem, quam cum præcedentibus conjungit, sequitur, Syriace necessario præcedit, e. g. ܘܒܬ̈ܐ ܕܝܠܗ *οἴκους τε αὐτοῖ* **Job. 12, 5;** ܐܢ ܓܝܪ *ἐάν τε γάρ* **Job. 9, 27. Conjunctionibus *δέ*, *γάρ* et *μέν* etiam sæpe necesse est alius locus tribuatur, atque is quem Græce occupant, e. g.** ܒܢ̈ܝܟ ܕܝܢ ܕܝܠܟ *τὰ δὲ τέκνα σου* **Job. 5, 25;** ܢܦܫܗ ܕܝܢ *ἡ δὲ ψυχὴ αὐτοῦ* **Job. 14, 22;** ܡܢ ܡܘܬܐ ܕܝܢ *ἀπὸ δὲ θανάτου* **Job. 7, 15;** ܟܕ ܕܝܢ ܐܗܦܟ *ὑπολαβὼν δέ* **Job. 4, 1. 6, 1;** ܩܕܡܝܬܐ ܡܢ ܕܝܠܟ ... ܐܚܪܝܬܐ ܕܝܢ *τὰ μὲν πρῶτά σου ... τὰ δὲ ἔσχατα* **Job. 8, 7;** ܡܪܝܐ ܓܝܪ *ὁ γὰρ Κύριος* **Job. 8, 20;** ܣܒܪܗܘܢ ܓܝܪ *ἡ γὰρ ἐλπὶς αὐτῶν* **Job. 11, 20;** ܠܐ ܓܝܪ ܡܫܟܚ ܚܝܠܐ *οὐ δύναται γάρ* **Job. 6, 7 etc. Raro**

extant exempla, ubi ܕܝܢ et ܓܝܪ eundem locum atque *δέ* et *γάρ* inter præpositionem et nomen tenent, e. g. ܩܕܡ ܕܝܢ ܡܦܘܠܬܐ *πρὸ δὲ πτώματος* Prov. 16, 18, cfr. v. 27. Job. 5, 22; ܥܠ ܓܝܪ ܪ̈ܡܐ ܪ̈ܫܐ *ἐπὶ γὰρ τῶν ὑψηλῶν ἄκρων* Prov. 8, 2, cfr. v. 3. 22, 9. Es. 5, 12.

§ 3. Singulas quidem voces Paulus, quantum fieri posset, accurate vertit; tamen in particulis vertendis non facile potuit ab hac regula non decedere, quia particulis multo pluribus utitur lingua Græca quam Syriaca. — 1) Ita duas vel tres particulas negativas, quæ Græce negationem augent, quasi una esset, vertit, e. g. ܠܐ ܢܣܩ ܠܗ̇ ܐܦܠܐ ܢܫܬܟܚ *οὐ μὴ ἀναβῇ εἰς αὐτὴν, οὐδὲ μὴ εὑρεθῇ* Es. 35, 9; ܡܕܡ ܠܐ ܢܫܒܩܘܢ *οὐδὲν οὐ μὴ καταλείψωσι* Es. 39, 6. Tamen, ubi verbum inter negationes intercedit, Syriace duæ ponuntur, e. g. ܠܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܝܕܥܝܢ ܘܠܐ ܡܕܡ *οὐκ εἴσι γινώσκοντες οὐδέν* Eccl. 9, 5; ܠܐ ܢܬܛܫܐ ܡܢܟ ܘܠܐ ܡܕܡ ܡܠܬܐ *οὐ μὴ ἀποκρυβῇ ἀπό σου οὐδὲν ῥῆμα* Jer. 32, 17, cfr. Es. 13, 20. 39, 2. Jer. 39, 10. 12. Job. 21, 25. Eccl. 5, 13. In formula *οὐ μὴν δὲ ἀλλά* adverbium *οὐ* nunquam vertitur, et cum singulis vocibus in ea liberrime agitur; vertitur enim ܒܪܡ ܕܝܢ ܐܠܐ Job. 17, 10. 21, 17. 27, 7; ܡܢ ܕܝܢ ܐܠܐ Job. 5, 8; ܒܪܡ ܐܠܐ Job. 34, 36; ܗܟܝܠ ܡܢ ܐܠܐ Job. 2, 5; ܡܢܕܝܢ ܗܟܝܠ ܐܠܐ Job. 13, 3; ܡܢܕܝܢ ܗܟܝܠ Job. 12, 5 (sed suspicor h. l. sicut 13, 3 legendum esse ܡܢܕܝܢ ܗܟܝܠܐܠܐ).

2) Conjunctio *ἄν* nunquam vertitur, e. g. ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܬܣܒܘܢ *ὅπως ἂν μὴ λάβητε* Ezech. 36, 30; ܪܡܝܬ ܗܘܝܬ ܐܝܕܐ *ἐπέβαλον ἂν τὴν χεῖρα* Ps. 80, 15; ܥܕܡܐ ܕܐܣܝܡ *ἕως ἂν θῶ* Ps. 109, 1, cfr. 118, 92. Es. 1, 9. 55, 10. 11. Cant. 3, 5; (occurrit quidem non raro ܐܢ, ubi in codd. Græcis *ἄν* extat, sed quum talibus locis ut plurimum aliqui codices pro *ἄν* exhibeant *ἐάν*, quod semper per ܐܢ vertitur, non dubito, quin Paulus in suo codice *ἐάν* legerit). In vertendis illis compositionibus conjunctionum, quæ Græce tam sæpe occurrunt, non mediocriter laborat Paulus, quia nihil simile Syriace in usu est, cujus rei translatio conjunctionis *οὐ μὴν δὲ ἀλλά*, quam supra attuli, bonum exhibet exemplum. Omnes autem eas percensere nimis longum esset opus et me in rem lexicalem auferret; sufficiet annotasse, in ejusmodi compositionibus duas conjunctiones, quæ in eundem scopum tendant, quasi una sit verti, e. g. ܠܘܝ ܓܝܪ *εἰ γὰρ ὄφελον* Job. 14, 13. 30, 24; ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܢ ܓܝܪ ܐܚܝܢ *ὅτι μὲν γὰρ ἰσχύϊ κρατεῖ* Job. 9, 19 (*εἰ* enim vim optativam vocis *ὄφελον*, et *ὅτι* vim causativam vocis *γάρ* auget).

§ 4. E contrario autem voculæ quædam sunt, quæ a Paulo inseruntur, etsi nihil loco earum in textu Græco extat. 1. *a)* In illis enuntiationibus brevibus, in quibus copula Græce omitti solet, Paulus pro genere et numero subjecti pronomina personalia ܗܘ, ܗܝ, ܐܢܘܢ et ܐܢܝܢ loco verbi inserit, e. g. ܝܩܝܪ ܗܘ ܩܠܝܠ ܡܢ ܚܟܡܬܐ *τίμιον ὀλίγον σοφίας* Eccl. 10, 1; ܐܢ ܫܠܡܐ ܗܘ *εἰ εἰρήνη;* 4 Reg. 5, 22. 9, 17. 18. 19*); ܠܐ ܡܬܟܒܫܢܝܬܐ ܗܝ ܗܝ ܕܬܚܝܬ ܡܢ
ܫܡܝܐ *ἀνοίκητος ἡ ὑπ' οὐρανόν* Job. 18, 4; ܐܝܟܐ ܐܢܘܢ ܓܒܪ̈ܐ *ποῦ οἱ ἄνδρες;* Jud. 8, 18; ܡܝܬܪ̈ܢ ܐܢܝܢ ܡܟܣܢܘ̈ܬܐ *κρείσσους ἔλεγχοι* Prov. 27, 5, cfr. 4 Reg. 3, 18. 23. Es. 41, 22. 57, 6. Jon. 4, 2. Mal. 2, 1. Ps. 62, 4. Prov. 11, 20. 25. Eccl. 5, 17. *b)* Interdum, sed rarius quam in libris bene Syriacis fit, ܗܘ pleonastice sine ratione (nisi forte euphoniæ, vel emphaseos, ut putat Hoffmann, Gramm. § 123, 1) inseritur, ubi verbum enuntiationis expressum est, e. g. ܐܝܬ ܗܘ ܥܡܗ *ἐστὶ σὺν αὐτῷ* 4 Reg. 3, 12; ܫܡܥܝܢܢ ܗܘ ܓܝܪ ܚܢܢ *ἀκούομεν γὰρ ἡμεῖς* Es. 36, 11 (loco parallelo 4 Reg. 18, 26 ܗܘ non extat), cfr. Es. 43, 8. Prov. 17, 17. Eccl. 7, 16. *c)* Suffixum primæ personæ vocativis *ἀδελφέ*, *υἱέ*, *θύγατερ* semper additur, e. g. ܐܚܝ *ἀδελφέ* Jer. 22, 18; ܒܪܝ *υἱέ* Prov. 1, 10. 2, 1. 3, 1. 21. 4, 20. 5, 1 al.; ܒܪܬܝ *θύγατερ* Ps. 44, 11. Ruth. 2, 2. 8. 22. 3, 1. 10 al. (*μοῦ* si sequitur semper per ܕܝܠܝ vertitur, e. g. ܒܪܝ ܕܝܠܝ *υἱέ μου* Prov. 1, 15. 3, 11. 23, 19. 24, 21); ubi vero plurales sunt illi vocativi, nullum suffixum additur, e. g. ܐܚ̈ܐ *ἀδελφοί* Jud. 19, 23, (ܒܢ̈ܝܐ *τέκνα* Ps. 33, 12, *παῖδες* Prov. 4, 1); neque voci ܐܒܐ pro *πάτερ* suffixum additur, cfr. 4 Reg. 2, 12. 5, 13. 6, 21. 13, 14; (dubito num *μῆτερ* et *ἀδελφή* vocative apud LXX occurrant sine sequente *μοῦ*). — De suffixis vocis ܟܠܢܫ vid. § 8, 5; de suffixis demonstrativis, quæ nominibus et verbis adduntur vid. §§ 13. 14. 20. *d)* Pronomina indefinita subinde pleonastice post demonstrativa inseruntur, sic imprimis ܡܕܡ post ܗܘ, ubi hoc significationem neutralem habet, e. g. ܗܘ ܡܕܡ ܓܝܪ ܕܗܘ ܪܓܐ *ὃ γὰρ αὐτὸς ἠθέλησε* Job. 23, 13, cfr. Eccl. 3, 22. 6, 2. 10; ܟܠܗ ܗܘ ܡܕܡ ܕܐܬܐ *πᾶν τὸ ἐπερχόμενον* Eccl. 11, 8, cfr. 3, 15. 8, 17. Es. 39, 4 (ܟܠܗ ܗܘ ܡܕܡ etiam legendum videtur Eccl. 9, 3 pro ܟܠܗ ܡܕܡ, nisi forte ܟܠ ܡܕܡ sit præferendum, cfr. 9, 6). Rarius ܐܢܫ et ܡܢ inseruntur, e. g. ܠܐܬܘܢܐ ܕܢܘܪܐ ܗܘ ܐܢܫ ܢܦܫ *εἰς τὴν κάμινον τοῦ*

---

*) *Middeldorpf* mendose priore loco vertit *εἰ εἰρήνη αὕτη* (quod ܐܢ ܫܠܡܐ ܗܘܐ sonaret), tribus posterioribus *εἰ ἡ εἰρήνη* (quod esset ܐܢ ܗܘ ܫܠܡܐ).

πυρὸς τὴν καιομένην, Dan. 3, 11 (v. 15: ܗܘ ܕܢܘܪ); ܠܨܠܡܐ ... ܗܘ ܐܢܬ ܡܩܝܡܬ *τῇ εἰκόνι ... ἣν ἔστησας* Dan. 3, 18 (v. 12 idem ܗܘ ܡܩܝܡܬ sonat, v. 14. 15 ܐܢܬ ܡܩܝܡܬ), cfr. Prov. 8, 34. 9, 5; ܠܗܘ ܡܢ ܕܨܒܐ ܢܬܠܝܗ *ᾧ ἂν βούληται δώσει αὐτήν* Dan. 4, 28.

2) Non raro *οὐ* interrogativum et *οὐχί* per ܠܐ ܗܘܐ vertuntur (sæpius tamen nullum ܗܘܐ additur), e. g. ܠܐ ܗܘܐ ܥܠܘܗܝ ܬܟܝܠ ܗܘܐ *οὐκ ἐπ' αὐτῷ ἐπεποίθειν*; Job. 6, 13; ܠܐ ܗܘܐ ܟܠ ܢܣܝܘܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܕܒܪܢܫܐ *οὐχὶ πειρατήριόν ἐστιν ὁ βίος*; Job. 7, 1, cfr. 1, 10. 6, 30. 8, 10. 14, 3. Rarius post ܠܐ pro *οὐ* directe negans ܗܘܐ additur, e. g. ܗܘ ܕܒܢܐ ܒܝܬܐ ܕܝܠܗ ܠܐ ܗܘܐ ܥܡ ܟܐܢܘܬܐ ܘܥܠܝܬܐ ܕܝܠܗ ܠܐ ܗܘܐ ܒܕܝܢܐ *ὁ οἰκοδομῶν οἰκίαν αὐτοῦ οὐ μετὰ δικαιοσύνης καὶ ὑπερῷα αὐτοῦ οὐκ ἐν κρίματι* Jer. 22, 13, cfr. 2, 33. 34. Zach. 4, 6. Job. 13, 2. — Interdum ܗܘܐ occurrit, ubi nihil pro eo in codd. Græcis legitur; sed talibus locis per *ἐγένετο* vertendum videtur, e. g. ܠܘܝ ܗܘܐ ܡܪܝ ܕܢܒܝܐ ܩܕܡ ܒܚܘܪ *ὄφελον ἐγένετο ὁ κύριός μου ἐνώπιον τοῦ προφήτου* 4 Reg. 5, 3 (vestigia vocis *ἐγένετο*, quæ in nullo codice legitur, extant in illo *ὀφθείη* vel *ὤφθη*, quod quinque codd. exhibent, et in verss. Armen. et Georg.), cfr. Jud. 3, 17. 20, 27. Ruth. 2, 1. 4, 7. Aliud ܗܘܐ pleonasticum vid. § 31, Ann. III.

3) Etiam præpositiones interdum inseruntur secundum meliorem loquendi usum Syriacum, sic ܩܕܡ, e. g. ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝܐ *παρὰ Κυρίου* Job. 27, 13; ܡܢ ܩܕܡ ܦܪܨܘܦܐ ܕܝܠܗ *ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ* Es. 19, 1. Jud. 11, 3. Ps. 67, 2. 88, 24 (plerumque autem *ἀπὸ προσώπου* est ܡܢ ܦܪܨܘܦܐ, e. g. Joel. 2, 6. Nah. 1, 5. Eccl. 8, 3); ܡܢ, e. g. ܡܢ ܩܕܡ ܬܪܬܝܢ ܫܢܝܢ *πρὸ δύο ἐτῶν* Am. 1, 1; ܡܢ ܒܬܪ ܥܣܪܐ ܝܘܡܝܢ *μετὰ δέκα ἡμέρας* Jer. 42, 7, cfr. 34, 11. Jud. 15, 1. Ezech. 3, 16 (sed utplurimum *μετὰ* ܒܬܪ sonat, nullo ܡܢ præmisso, e. g. Es. 23, 15. 17. Hos. 6, 3). Illud ܠ vero, quod semper præfigitur adverbiis ܬܡܢ pro *ἐκεῖ* significatione »huc« (e. g. ܠܐ ܢܗܦܘܟ ܠܬܡܢ *οὐκ ἀποστρέψει ἐκεῖ* Jer. 22, 11, cfr. Es. 7, 24. Ezech. 47, 9) et ܐܝܟܐ pro *ποῦ* »quo?« (e. g. ܠܐܝܟܐ ܐܢܬ ܐܙܠ *ποῦ σὺ πορεύῃ* Zach. 2, 2, cfr. 5, 10. Cant. 5, 17 al.), non proprie insertum dici potest, quia ipse sensus illorum adverbiorum id requirit.

4) Ubi relatio facti alicujus ab *ἐγένετο* incipit, conjunctio ܕ fere semper post ܗܘܐ inseritur, e. g. ܘܗܘܐ ܕܟܕ ܩܪܐ *καὶ ἐγένετο ὡς ἀνέγνω* 4 Reg. 5, 7, cfr. 2, 1. 6, 20. 8, 21. 9, 22. 10, 7. 25 etc. (peraro fit ut ܕ non inseratur, ut ܘܗܘܐ ܟܕ ܫܡܥ *καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἀκοῦσαι* Dan. 3, 91, cfr. 8, 15). — Idem nonnunquam fit, ubi post verbum dicendi et narrandi quod dixit aliquis af-

fertur, e. g. ܬܐܡܪ ܕܐܬܬܥܠܝ ἐρεῖς· ὑπερηφανεύσατο Job. 22, 29, cfr. 24, 15. Eccl. 7, 11 (plerumque autem nullum ܕ inseritur, cfr. Jud. 4, 20. 9, 29. Ps. 125, 2. Job. 9, 12. 19, 28 al.); simili modo legitur ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܕܡܢܗܪ ܠܗܘܢ ... ܕܢܗܘܘܢ ܕܚܠܝܢ ܠܡܪܝܐ ἦν φωτίζων αὐτοὺς ... ὅπως φοβηθῶσι τὸν Κύριον 4 Reg. 17, 28. Etiam in aliis juncturis ܕ insertum legitur, e. g. ܛܒ ܠܝ ܠܡܡܬ ܐܘ ܕܐܚܐ καλόν μοι τὸ ἀποθανεῖν ἢ ζῆν με Jon. 4, 8; ܠܐ ܐܝܬ ܕܝܕܥ ܕܡܕܡ ܡܢ ܗܘ ܕܥܬܝܕ οὐκ ἔστι γινώσκων τί τὸ ἐσόμενον Eccl. 8, 7; sed dubito, an potius ܕ ante ܠܡܡܬ et ܡܕܡ delendum sit, non enim alibi in ejusmodi juncturis id repperi (cfr. Jon. 4, 8 cum Eccl. 7, 3. Prov. 25, 7; — Eccl. 8, 7 cum 10, 14. 11, 2 al.). — Sic etiam ܕ relativum interdum delendum videtur, e. g. ܡܢܘ ܕܡܚܘܐ τίς ἀναγγελεῖ; Job. 21, 31, lege ܡܢܘ ܡܚܘܐ, cfr. Es. 41, 26. Eccl. 7, 1. 30. 10, 14; ܐܡܬܝ ܕܡܚܙܐ ܕܟܒܪ ܡܫܪܪ ὅταν δοκῇ ἤδη ἐστηρίχθαι Job. 20, 7, lege ܟܒܪ ܡܫܪܪ cfr. v. 22. 15, 21. De Waw copulativo inserto vid. §§ 26 & 37, Ann. V.

§ 5. Singulæ orationis partes regulariter per easdem Syriace vertuntur, tamen in unaquaque fere exceptiones occurrunt, quas in singulis partibus orationis percensendis suo loco proferam (vid. §§ 6. 7, 3. 8, 1—5. 22, Ann. II. 27, 1—3. 39. 40. 41).

CAPUT SECUNDUM.

De Substantivis.

§ 6. Unicum substantivum χρεῖα inveni, cujus indoles substantiva in versione plerumque non appareat, e. g. ܠܝ ܬܪܬܝܢ ܣܢܝܩ ܐܢܐ δυοῖν μοι χρεῖα Job. 13, 20; ܠܐ ܣܢܝܩܝܢ ܚܢܢ οὐ χρεῖαν ἔχομεν, Dan. 3, 16, cfr. Es. 13, 17. Ps. 15, 2; ܡܐܢܐ ܗܘ ܕܠܐ ܣܢܝܩ σκεῦος οὗ οὐκ ἔστι χρεῖα αὐτοῦ Jer. 22, 28 (sed Jer. 48, 38 idem ܡܐܢܐ ܗܘ ܕܠܐ ܐܝܬ ܣܢܝܩܘܬܐ ܒܓܘܗ vertitur, cfr. Prov. 18, 2: ܠܐ ܐܝܬ ܣܘܢܩܢܐ ܕܚܟܡܬܐ ܠܗ̄ οὐκ ἔχει χρεῖαν σοφίας, cfr. Eccl. 5, 3, not. c). De translatione substantivi per infinitivum absolutum vid. § 7, 3.

§ 7. 1) *Accusativus*, ubi objecti locum occupat, tum per ܠ tum sine ܠ exprimitur, nisi verbum Syriacum aliam requirit constructionem quam Græcum, quod Lexica docebunt. Accusativus absolutus etiam Syriace per acc. abs. vertitur, qua re a dativo distinguitur, qui per ܒ exprimitur (cfr. Es. 19, 22. 30, 31. Jer. 14, 17. Mich. 5, 1), e. g. ܡܢ ܡܚܐ ܠܥܡܡܐ ܡܚܘܬܐ ... ܡܢ ܡܚܐ ܠܥܡܡܐ ܒܚܡܬܐ ܡܚܘܬܐ ܕܫܠܝܐ πατάξας τὸ ἔθνος θυμῷ, πληγῇ,

... *παίων τὸ ἔθνος πληγὴν θυμοῦ* Es. 14, 6, ܠܥܦܦ ܒܡܚܘܬܐ ܠܬܒܪ ܐܢܘܢ *δισσὸν σύντριμμα σύντριψον αὐτούς* Jer. 17, 18, cfr. 30, 14. Jud. 11, 33. 15, 8. Jon. 1, 10 (ܕܚܠܘ ܕܚܠܬܐ, sed v. 16: ܕܚܠܘ ܒܕܚܠܬܐ *ἐφοβήθησαν φόβῳ*), Zach. 1, 14. 15. 8, 2. — Dubito num unquam accusativus absolutus per ܒ exprimatur, quod colligere possis ex Job. 16, 15: ܐܪܡܝܢܝ ܒܡܦܘܠܬܐ *κατέβαλόν με πτῶμα*, sed suspicor Paulum in suo cod. *πτώματι* legisse. Ille accusativus tantum, qui post verba eundi v i a m, q u â itur, significat, Syriace semper per ܒ circumscribitur, ita ut a dativo distingui non possit, e. g. ܒܐܝܢܐ ܐܘܪܚܐ ܐܣܩ. ܘܐܡܪ ܒܐܘܪܚܐ ܕܡܕܒܪܐ *ποίᾳ ὁδῷ ἀναβῶ; καὶ εἶπεν, ὁδὸν ἐρήμου* 4 Reg. 3, 8; ܐܝܬܐ ܣܡܝܐ ܒܐܘܪܚܐ ܐܝܕܐ ܕܠܐ ܝܕܥܘ ܘܒܫܒܝܠܐ ܗܢܘܢ ܕܠܐ ܝܕܥܘ *ἄξω τυφλοὺς ὁδῷ ᾗ οὐκ ἔγνωσαν, καὶ τρίβους ἃς οὐκ ἔγνωσαν* Es. 42, 16; ܐܝܠܝܢ ܕܢܚܬܝܢ ܠܝܡܐ ܘܪܕܝܢ ܒܗ *οἱ καταβαίνοντες εἰς τὴν θάλασσαν καὶ πλέοντες αὐτήν* Es. 42, 10, cfr. Jud. 5, 6. 8, 11. 4 Reg. 11, 16. 19. 25, 4. Prov. 2, 20. Job. 22, 12. 24, 13. Eodem modo exprimitur accus. adverbialis in formula *ὃν τρόπον*, quæ plerumque vertitur ܕ ܟܢܐ, e. g. Am. 3, 12. Mich. 3, 3. Zach. 7, 13, cfr. Es. 9, 3, vel ܕ ܗܢܐ ܟܗܘ, Es. 20, 3. 29, 8. Ezech. 15, 6. Obad. 16, interdum ܕ ܐܝܟ ܗܢܐ vel ܕ ܐܟܢܐ, Ezech. 12, 11. 16, 48. 42, 7. Zach. 8, 14.

2) *Genitivus* possessivus plerumque per ܕ exprimitur; perraro tantum evenit, ut nomine regente in statu constructo ponendo designetur, e. g. ܠܐܝܕܝ ܦܪܙܠܐ *εἰς χεῖρας σιδήρου* Job. 15, 22; ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ *υἱοὶ Ἰσραήλ* 4 Reg. 16, 3. 17, 7. 8. 9. 22. 24; ܒܢܝ ܒܢܝܐ *υἱοὶ υἱῶν* Job. 31, 8, not. b; (status constructus plerumque non adhibetur nisi in nominibus compositis vertendis, e. g. ܪܒܘܬ ܫܘܦܪܐ *μεγαλοπρεπεία* Ps. 8, 2; ܥܒܕܘܬ ܡܛܠܠܐ *σκηνοπηγία* Zach. 14, 16; ܪܫ ܚܡܫܝܢ *πεντηκόνταρχος* 4 Reg. 1, 9. 10. 11; perraro compositum per ܕ resolvitur, e. g. ܪܫܐ ܕܚܡܫܝܢ 4 Reg. 1, 13). Genitivus partitivus plerumque etiam per ܕ, interdum autem per ܡܢ exprimitur, e. g. ܩܠܝܠ ܡܢ ܚܟܡܬܐ *ὀλίγον σοφίας* Eccl. 10, 1. cfr. Dan. 3, 48. 4, 12. Job 2, 10. Genitivus, qui tempus, quo quid agitur, significat, semper per ܒ exprimitur, e. g. ܒܪܡܫܐ ܘܒܨܦܪܐ ܘܒܛܗܪܐ *ἑσπέρας καὶ πρωΐ καὶ μεσημβρίας* Ps. 54, 18, cfr. 31, 4. Es. 27, 3 al. — Si genitivus verbo regitur, necessario modus, quo redditur, a verbo pendet; quod quale sit, lexicis illustrandum erit.

3) *Dativus* necesse est per præpositiones circumscribatur, quæ pro diversa significatione dativi diversæ sunt; frequentissimæ sunt ܠ, ubi dativus

objectum personæ, ܒ ubi instrumentum est. Hæc tam manifesta sunt, ut nullis exemplis indigeant, quæ si quæras, unusquisque fere versus præbebit. — Ubi infinitivus absolutus Hebræorum apud LXX per substantivum in dativo positum redditur, hic dativus plerumque quidem per ܒ exprimitur, interdum tamen sine præpositione (h. e. per accus. absol.), e. g. ܚܝ̈ܐ ܢܚܐ *ζωῇ ζήσεται* Ezech. 3, 21. 18, 9. 13. 17. 19; ܡܘܬܐ ܢܡܘܬ *θανάτῳ ἀποθανῇ* 4 Reg. 8, 10. Ezech. 33, 8. 14; sed interdum etiam (eodem modo, quo participium) per inf. abs. vertitur, e. g. ܡܒܗܬܘ ܠܐ ܒܗܬܘ *αἰσχύνῃ οὐ κατῃσχύνθησαν* Jer. 8, 12; ܡܬܠܩܛܘ ܬܬܠܩܛ *ἀφῇ ἀναφθήσεται* Jer. 48, 9, cfr. Jud. 13, 22. 15, 13. Es. 60, 12. Ezech. 27, 28.

CAPUT TERTIUM.

De Adjectivis.

§ 8. 1) Multa sunt adjectiva, quæ per substantiva cum ܕ nota genitivi præfixo vertuntur. Hoc imprimis fit in adjectivis, quæ materiem vel pertinentiam ad rem denotant, e. g. ܡܐܢܐ ܕܕܗܒܐ ܘܡܐܢܐ ܕܣܐܡܐ *σκεῦος χρυσοῦν καὶ σκεῦος ἀργυροῦν* 4 Reg. 12, 13; ܒܫܒܛܐ ܕܦܪܙܠܐ *ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ* Ps. 2, 9; ܡܕܒܚܐ ܕܩܝܣܐ *θυσιαστήριον ξύλινον* Ezech. 41, 22; ܒ̈ܬܐ ܕܛܝܢܐ *οἰκίαι πήλιναι* Job. 4, 19; ܕܐܬܡܠܝ ܓܝܪ ܐܝܬܝܢ *χθιζοὶ γάρ ἐσμεν* Job. 8, 9; ܐܝܟ ܕܐܓܝܪܐ ܕܝܘܡܐ *ὥσπερ μισθίου αὐθημερίνου* Job. 7, 1; ܥܪܕܐ ܕܒܪܐ *ὄνος ἄγριος* Job. 6, 5; (plerumque tamen simul occurrit forma adjectiva in ܢܐ terminata, e. g. ܫ̈ܢܐ ܕܦܪܙܠܐ *ὀδόντες σιδηροῖ* Dan. 7, 7; ܐܫ̈ܝܘܗܝ ܩܝ̈ܣܢܐ *οἱ τοῖχοι αὐτοῦ ξύλινοι* Ezech. 41, 22; ܦܓܪܐ ܛܝܢܢܐ *σῶμα πήλινον* Job. 13, 12). Etiam adjectiva cum *ἀ* privativo composita non raro sic exprimuntur, e. g. ܓܒܪܐ ܕܠܐ ܥܕܠܐ *ἄνθρωπος ἄμεμπτος* Job. 1, 8. 2, 3; ܐܡܪ̈ܐ ܕܠܐ ܡܘܡܐ *ἀμνοὶ ἄμωμοι* Ezech. 46, 4; ܕܠܐ ܪܚܡܐ ܗܘ ܪܘܓܙܐ *ἀνελεήμων ὀργή* Prov. 27, 4, cfr. Job. 19, 13 (alibi ܠܐ ܡܪܚܡܢܐ sonat, Prov. 11, 17. 17, 11). Eodem modo semper adjectiva *λοιπός, ἀριστερός, εὐώνυμος* et *δεξιός* vertuntur, e. g. ܐܪܥܐ ܕܫܪܟܢܐ ܘܢܦܬܠܝ *ἡ γῆ Νεφθαλεὶμ καὶ οἱ λοιποὶ* Es. 9, 1; ܥܠ ܣܛܪܟ ܕܣܡܠܐ *ἐπὶ τὸ πλευρόν σου τὸ ἀριστερόν* Ezech. 4, 4; ܡܢ ܟܬܦܐ ܕܝܡܝܢܐ ܕܒܝܬܐ ܥܕܡܐ ܠܟܬܦܐ ܕܣܡܠܐ ܕܒܝܬܐ *ἀπὸ τῆς ὠμίας τοῦ οἴκου τῆς δεξιᾶς ἕως τῆς ὠμίας τοῦ οἴκου τῆς εὐωνύμου* 4 Reg. 11, 11, cfr. Ezech. 39, 3 sæp. — Raro fit, ut quum hoc modo adjectivum per substantivum vertatur, præpositio substantivo præfigatur, e. g. ܕܠܥܠܡ *αἰώνιος* Ps. 75, 5. Jer. 5, 22. 6, 16 etc.; ܕܠܐ

ܟܪܝܐ ἄωρος Prov. 11, 30. 13, 2 (sed Prov. 10, 6. Job. 22, 16 ܠܐ ܙܒܢܐ sonat); tunc autem ܕ potius pro pronomine relativo habendum videtur. — Ἐνιαύσιος peculiariter, sed bene Syriace, ܒܪ ܫܢܬܐ sonat, e. g. ܬܘܪܐ ܒܢܝ ܫܢܬܐ μόσχοι ἐνιαύσιοι Mich. 6, 6, cfr. Ezech. 46, 13.

2) Multa adjectiva Græca imprimis verbalia Paulus per participia vertit, quod necesse est fiat, quia multo majorem habet copiam adjectivorum lingua Græca, quam Syriaca; sed a participiis ea re distinguuntur, quod adjective usurpantur, h. e. in statu emphatico ponuntur, e. g. ܢܨܒܬܐ ܠܐ ܡܗܝܡܢܬܐ ܘܙܪܥܐ ܠܐ ܡܗܝܡܢܐ φύτευμα ἄπιστον καὶ σπέρμα ἄπιστον Es. 17, 10; ܪܥܝܐ ܠܐ ܡܕܪܫܐ ποιμὴν ἄπειρος Zach. 11, 15; ܣܐܡܐ ܓܒܝܐ ἀργύριον ἐκλεκτόν Prov. 8, 19, cfr. 4 Reg. 3, 19. Es. 22, 8; ܗܢܘܢ ܓܒܝܐ οἱ ἐπίλεκτοι Dan. 1, 3. — Nonnunquam tamen evenit, ut talia participia participialiter, h. e. præfixo ܕ relativo, construantur, e. g. ܐܝܟ ܡܬܥܪܩܢܘܬܐ ܕܠܐ ܡܬܚܨܕ ܘܠܐ ܡܬܟܒܫ ὥςπερ στρίφνος ἀμάσητος καὶ ἀκατάποτος Job. 20, 18; ܢܘܪܐ ܕܠܐ ܡܬܛܦܝܐ πῦρ ἄκαυστον Job. 20, 26; ܗܘ ܕܫܘܐ ܠܗ τὸν ἴσον αὐτῷ Job. 41, 3, cfr. Es. 40, 20. Hos. 13, 5. — Eadem constructio etiam in adjectivis propriis occurrit, maxime in comparativis et superlativis, e. g. ܐܘܪܚܬܐ ܕܠܐ ܛܒܢ ὁδοὺς οὐκ ἀγαθάς Prov. 16, 29; ܚܬܟ ܕܙܥܘܪܐ ܡܢܟ ܗܝ ἡ ἀδελφή σου ἡ νεωτέρα Ezech. 16, 46, cfr. Job. 1, 18; ܥܘܠܐ ܕܪܒܝܢ ܝܬܝܪ ܠܐ ἀνομίαι μείζονες Ezech. 8, 6. 13, cfr. v. 15. Prov. 30, 30. Job. 11, 9; ܓܒܪܐ ܕܥܫܝܢ ܝܬܝܪ ἄνδρες ἰσχυρότατοι Dan. 3, 20, cfr. Es. 3, 25. Neque solum hoc fit ubi adjectivum est attributum, sed etiam ubi locum adjectivi prædicati occupat, e. g. ܐܬܚܙܝ ܚܙܘܐ ܕܝܠܗܘܢ ܕܫܦܝܪ ἐφάνη ἡ ὄψις αὐτῶν καλή Dan. 1, 15, cfr. v. 20; ܝܬܝܪ ܙܥܘܪܐ ܐܢܐ ܡܢ ܙܒܢܐ ܕܝܠܟܘܢ ܕܝܬܝܪ ܩܫܝܫܝܢ νεώτερος μέν εἰμι τῷ χρόνῳ, ὑμεῖς δὲ ἐστε πρεσβύτεροι Job. 32, 6, cfr. Jud. 8, 20. Jer. 18, 11.

3) Adjectivum ἴδιος semel tantum regulariter per adj. ܕܝܠܢܝܐ translatum repperi, Prov. 5, 18: ܡܒܘܥܐ ... ܢܗܘܐ ܠܟ ܕܝܠܢܝܬܐ πηγή ... ἔστω σοι ἰδία, omnibus aliis locis per ܕܝܠ cum suffixo vertitur, e. g. ܐܝܬ ܐܝܠܝܢ ܕܙܪܥܝܢ ܕܝܠܗܘܢ εἰσὶν, οἳ τὰ ἴδια σπείροντες Prov. 11, 24; ܒܐܪܥܐ ܕܝܠܟ ἐν τῇ γῇ τῇ ἰδίᾳ σου Ezech. 21, 30; ܡܢ ܒܝܬܐ ܕܝܠܗ ἐκ τοῦ ἰδίου οἴκου Prov. 27, 15, cfr. 5, 20. 6, 2. 20, 25. 27, 8. Job. 2, 11.

4) Adjectiva nonnulla, ubi in neutro singulari posita vim nominum abstractorum habent, Syriace per substantiva abstracta vertuntur, sic ܟܐܢܘܬܐ τὸ δίκαιον Es. 51, 1. 64, 5; ܫܪܪܐ ἀληθές Job. 5, 12. 17, 10. 42, 7. 8; ܟܠܐ

ἄδικον Jer. 7, 9. Ezech. 33, 15; ܕܟܝܐ *καθαρόν* Es. 1, 25 (plerumque tamen adjectivum Syriace retinetur, e. g. ܛܒܬܐ *τὸ ἀγαθόν* Eccl. 2, 3; ܒܝܫܐ *τὸ κακόν* Mich. 7, 3). Raro fit, ut adjectivum in neutro plurali substantive adhibitum per substantivum vertatur, ut ܙܕܝܩܘܬܐ *δίκαια* Prov. 21, 3 (alibi est ܟܐܢܘܬܐ, e. g. Jer. 11, 20. Job. 37, 23); ܫܘܠܡܐ *τὰ τελευταῖα* Prov. 14, 12. 13 (sed idem vertitur ܐܚܪܝܬܐ Eccl. 9, 3, not. c). — Eodem modo *τὸ ἅγιον* »sanctitas« est ܩܘܕܫܐ, Ps. 88, 36, et *τὰ ἅγια* »sanctitates« ܩܘܕ̈ܫܐ, Am. 4. 2; sed etiam ubi concretam habet significationem »rei sacræ«, *ἅγιον* est ܩܘܕܫܐ, Ezech. 48, 14. Zach. 14, 20. 21, et *τὰ ἅγια* ܩܘܕ̈ܫܐ, 4 Reg. 12, 4. 18; et eodem modo vertitur, ubi de sacrario, h. e. loco sacro, ponitur, sic (*τὸ*) *ἅγιον τῶν ἁγίων* est ܩܘܕܫܐ ܕܩܘܕ̈ܫܐ, Ezech. 41, 4. 48, 12. Dan. 9, 24 al., et (*τὰ*) *ἅγια* (*τῶν*) *ἁγίων* ܩܘܕ̈ܫܐ ܕܩܘܕ̈ܫܐ, Ezech. 43, 12. 44, 13. Ubi vero *τὸ ἅγιον* de templo Hierosolymitano ponitur, vel speciatim de »Sancto« (היכל), plerumque ܒܝܬ ܩܘܕܫܐ vertitur; e. g. Ezech. 41, 21. 23. 42, 13. 14. 45, 4. 18. 48, 8. Dan. 9, 26. Eccl. 8, 10, rarius ܡܩܕܫܐ, Ps. 19, 3. 62, 3. Es. 64, 10. Dan. 8, 14. Plurale *τὰ ἅγια* promiscue vertitur ܩܘܕ̈ܫܐ, Ps. 133, 2. Ezech. 42, 20. 43, 21. 44, 1. 5. 7. 8. 9 al.*), et ܒܝܬ ܩܘܕ̈ܫܐ, Es. 30, 29. Jer. 51, 51. Ezech. 41, 25. 44, 8. 47, 12. 48, 10. — *Ἔσχατον* et *ἔσχατα* significatione temporali »novissimum (tempus)«, etsi concreta, per subst. ܚܪܬܐ vertuntur, e. g. ܗܠܝܢ ܕܐܬܝܢ ܠܚܪܬܐ *τὰ ἐρχόμενα ἐπ' ἐσχάτου*. Es. 41, 23, cfr. Prov. 23, 32. 29, 21; ܬܬܘܐ ܠܚܪܬܐ *μεταμεληθῇς ἐπ' ἐσχάτων* Prov. 5, 11, cfr. 25, 8. Ezech. 38, 8. Mich. 4, 1 al.; sic et *ἔσχατον* »extremus finis«, e. g. ܡܢ ܣܘܦܗ ܕܐܪܥܐ *ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς* Jer. 6, 22, cfr. 51, 32. Ezech. 38, 6 al., et plurale *τὰ ἔσχατα*, h. e. »extremi fines«, vertitur ܚܪܬܐ, e. g. ܠܚܪܬܐ ܕܠܒܢܢ *εἰς τὰ ἔσχατα τοῦ Λιβάνου* Es. 37, 24, cfr. Ps. 72, 17, vel ܣܘܦܐ Job. 11, 7 (ubi pro ܠܣܘܦܐ legendum est ܠܣܘܦܗ) et Es. 8, 9 (ubi ܒܪܚܩܐ ܠܣܘܦܗܿ ܕܐܪܥܐ sine dubio vertendum est *ἕως τῶν ἐσχάτων τῆς γῆς*, non ut omnes codd. Græci: *ἕως ἐσχάτου τ. γ.*). Si vero *τὰ ἔσχατα* »res extremas, extremum fatum« significat, regulariter ܐܚܪܝܬܐ vertitur, cfr. Job. 8, 7. 13. 42, 12. Es. 41, 22. 47, 7. Vertitur quidem *ἔσχατα* hoc sensu per ܚܪܬܐ Thren. 1, 9 (ܠܐ ܐܬܕܟܪܬ ܚܪܬܐ ܕܝܠܗܿ *οὐκ ἐμνήσθη ἔσχατα αὐτῆς*), cfr. Prov. 14, 13, not. d, sed suspicor Paulum sensum perperam intellexisse. Peculiariter femininum *ἐσχάτη*, ut-

*) Sic etiam legendum videtur Ezech. 41, 21 pro Sing. ܩܘܕܫܐ.

pote vim neutralem habens, quasi neutrum *ἔσχατον* vertitur ܚܪܬܐ Eccl. 7, 9. 10, 13. Etiam nonnulla alia adjectiva neutra, quæ vim substantivi concreti habent, per substantiva vertuntur; sic *μέσον*, vel *τὸ μέσον*, e. g. ܡܢ ܡܨܥܬܐ ܕܝܠܗ *ἐκ μέσου αὐτῆς* Es. 52, 11; ܠܡܨܥܬܗ ܕܡܕܝܢܬܐ *εἰς τὸ μέσον τῆς πόλεως* Jer. 21, 4, cfr. Am. 7, 8. 10. Ps. 135, 14, et *τὰ μέσα*, e. g. ܡܨܥܬܐ ܕܝܠܟ *τὰ μέσα σου* Es. 51, 23 (num *μέσος* etiam adjective adhibitum per subst. ܡܨܥܬܐ vertatur, dubito; legimus quidem ܒܡܨܥܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ, pro quo omnes codd: *ἐν μέσῃ τῇ πόλει*, Ezech. 5, 2. 9, 4; sed quum adj. *μέσος* alibi semper ܡܨܥܝܐ vertatur, e. g. Jud. 16, 29. 4 Reg. 20, 4. Jer. 39, 3. Ezech. 41, 7. 42, 6, opinor Paulum *ἐν μέσῳ τῆς πόλεως* legisse). *Τὸ λοιπόν* (4 Reg. 25, 11. Ezech. 34, 18) et *τὰ λοιπά* (4 Reg. 1, 18. 10, 34 sæp.) per subst. ܫܪܟܐ exprimuntur, raro tantum adjective ܕܫܪܟܐ, Es. 44, 15. 17 (compositum vero *τὸ ἀπόλοιπον* et *τὰ ἀπόλοιπα* semper adjective ܗܘ ܕܫܪܟܐ et ܗܠܝܢ ܕܫܪܟܐ, e. g. Ezech. 41, 13. 14. 15. 42, 1. 10). Peculiariter *κατάλοιπος*, prout semper substantive usurpatum, non solum in neutro vertitur ܫܪܟܢܐ, e. g. ܫܪܟܢܐ ܕܐܕܡܐ *τὸ κατάλοιπον Ἄδαμα* Es. 15, 9, cfr. 46, 3; ܠܫܪܟܢܐ ܕܩܡܨܐ *τὰ κατάλοιπα τῆς κάμπης* Joel. 1, 4, cfr. Ps. 16, 14, sed etiam plerumque in masculino, e. g. ܫܪܟܢܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ *οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων* Am. 9, 12, cfr. Jer. 15, 9. 23, 3. 40, 15. 42, 19. Mich. 2, 12. Zeph. 2, 9; tamen etiam regulariter ܕܫܪܟܐ (Jer. 8, 3. 44, 28. 47, 4) vel ܫܪܟܐ (Am. 1, 8. Hagg. 1, 12. 14. 2, 3, cfr. Obad. 18, not. s) vertitur.

5) Nonnulla etiam adjectiva sunt, quæ per adverbia et præpositiones vertantur, sive semper sive in quibusdam tantum formis. Sic *μόνος* per ܒܠܚܘܕ exprimitur, cui adjicitur suffixum ei personæ respondens, ad quam refertur *μόνος*, e. g. ܐܬܕܟܪ ܙܕܝܩܘܬܐ ܕܝܠܟ ܒܠܚܘܕܝܟ *μνησθήσομαι τῆς δικαιοσύνης σου μόνου* Ps. 70, 16; ܒܠܚܘܕܝܗܘܢ ܫܪܝܢ *μόνοι καταλύουσι* Jer. 49, 31, cfr. 4 Reg. 19, 19. Ps. 50, 6. 71, 18. 85, 10. 148, 13. Job. 1, 15; rarius ܠܚܘܕ adhibetur, e. g. ܡܬܚܬ ܠܫܡܝܐ ܠܚܘܕܝ *ἐξέτεινα τὸν οὐρανὸν μόνος* Es. 44, 24, cfr. Job. 1, 16*) (per ܒܠܚܘܕ seq. suffixis etiam adverbium *καταμόνας* vertitur Ps. 4, 10. 140, 10. Thren. 3, 28, simul tamen regulariter ܠܚܘܕܝܬ, Jer. 15, 17. Mich. 7, 14. Ps. 32, 15). — *Ἐναντίον*, quippe semper vim præpositionis habens, vertitur ܩܕܡ, e. g. Es. 40, 10. 41, 2. 53, 2. 66, 4. Ps. 30,

---

*) Semel *μόνος* per ܒܠܚܘܕ sine suffixo translatum est: ܐܢܬ ܐܠܗܐ ܒܠܚܘܕ *σὺ εἶ μόνος* 4 Reg. 19, 15, sed non dubito, quin Paulus in suo codice adverbium *μόνως* vel *μόνον* legerit

20. 37, 10. *Ἐξεναντίας* notione adverbii vertitur ܣܘܩܒܠܐܝܬ Obad. 11. Hab. 1, 9, ܡܢ ܠܘܩܒܠܐ Ezech. 47, 3, ܡܢ ܩܘܒܠ 4 Reg. 2, 7. 15. 3, 22; semel adjective ܡܢ ܕܠܘܩܒܠܐ Jud. 9, 17; notione autem præpositionis ܠܘܩܒܠ Ps. 22, 5. 34, 3. 37, 12; semel ܡܢ ܠܘܩܒܠ repperi, Jud. 20, 34. — *Ἀνὰ μέσον* plerumque quidem ܡܨܥܬ vel ܒܡܨܥܬ vertitur, e. g. ܡܨܥܬ ܓܒܪܐ ܘܒܡܨܥܬ ܩܪܝܒܐ ܕܝܠܗ *ἀνὰ μέσον ἀνδρὸς καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ πλησίον αὐτοῦ* Ezech. 18, 8, cfr. Zach. 13, 6. Mal. 3, 18. Prov. 8, 20 — Es. 2, 4. Ezech. 42, 20. Job. 30, 7; sed etiam non raro ܒܝܢܬ. e. g. ܒܝܢܬܟܘܢ ܘܒܝܢܬ ܐܠܗܐ *ἀναμέσον ὑμῶν καὶ ἀναμέσον τοῦ θεοῦ* Es. 59, 2, cfr. Jud. 13, 25. 15, 4. Es. 5, 3. Prov. 6, 19. Hoc autem parum est accuratum, nam ܒܝܢܬ regulariter pro *μεταξύ*, ܡܨܥܬ vero et ܒܡܨܥܬ pro *ἀνὰ μέσον* adhibetur (cfr. Mich. 4, 3 cum not. d), nisi forte Paulus eam regulam secutus est, ut ubi in suo cod. *ἀναμέσον* una voce scriptum reperiret, ܒܝܢܬ verteret, ubi vero *ἀνὰ μέσον*, ܡܨܥܬ et ܒܡܨܥܬ. — Eas formas adjectivorum neutrales, quæ Græce defectum adverbii explent, Syriace per adverbia verti, vix opus est ut moneam.

§ 9. In *Gradibus Comparationis* exprimendis non exigua difficultate laborat Paulus, quia nullos ejusmodi gradus habet lingua Syriaca, unde necesse est eos circumscribat. 1) Comparativus ut plurimum exprimitur voce ܝܬܝܪ ante adjectivum posita, et si genitivus comparationis sequitur, hic per ܡܢ vel interdum ܠܥܠ ܡܢ exprimitur; Superlativus vero plerumque voce ܛܒ, rarius ܠܥܠ præposita circumscribitur, e. g. ܝܬܝܪ ܢܟܝܠܐ *πανουργότερος* Prov. 19, 25. 21, 11; ܝܬܝܪ ܕܩܝܩܐ ܡܢ ܥܘܪܐ *λεπτότερον ἀχύρου* Dan. 2, 35, cfr. Prov. 30, 24. Job. 9, 25. ܝܬܝܪ ܒܚܠܝܨܐܝܬ ܠܥܠ ܡܢ ܡܟܬܫܐ *γυμνοτέρως ὑπέρου* Prov. 23, 31, cfr. 13, 12; ܛܒ ܣܟܠܐ *ἀφρονέστατος* Prov. 9, 16, cfr. 10. 18. Job. 34, 18; ܓܒܪܐ ܕܠܥܠ ܚܝܠܬܢܝܢ *ἄνδρες ἰσχυρότατοι* Dan. 3, 20. Raro superlativus per ܝܬܝܪ circumscribitur, ܒܪܐ ܕܝܠܟ ܕܝܬܝܪ ܫܦܝܪ *ὁ υἱός σου κάλλιστος* (malim legere ܗ̇ܘ ܕܝܬܝܪ ܫܦܝܪ ܗ: *ὁ κάλλιστος*) Es. 3, 25, cfr. Prov. 20, 15.

2) Sed comparativus etiam non raro, ubi genitivus comparationis sequitur, nullo ܝܬܝܪ designatur, ita ut ex sequente genitivo demum pateat, utrum adjectivum in comparativo positum sit necne. Tunc genitivus non solum per ܡܢ et ܠܥܠ ܡܢ, sed etiam et quidem sæpius per ܝܬܝܪ ܡܢ exprimitur, e. g. ܐܝܠܝܢ ܕܙܥܘܪܝܢ ܡܢܝ *οἱ νεώτεροί μου* Job. 30, 1, not. a, cfr. Ezech. 16, 46; ܪܘܓܙܗ ܝܩܝܪ ܗܘ ܠܥܠ ܡܢ ܬܪܝܗܘܢ *ὀργὴ βαρυτέρα ἀμφοτέρων* Prov. 27, 3; ܣܟܠܐ ܝܬܝܪ ܡܢܟܘܢ *ἀσυνετώτερος ὑμῶν* Job. 13, 2, cfr. 7, 6. Jud. 5, 13. 14, 18. Dan. 8, 3. — Jam quum *ὑπέρ* et *παρά*, quæ comparativa significatione et positivum et comparativum sequuntur, etiam per ܡܢ, ܠܥܠ ܡܢ et ܝܬܝܪ ܡܢ

reddantur, manifestum est, in locis plerisque difficillimum esse accurate decidere, utrum Paulus comparativum an positivum, utrum præpositionem an nudum genitivum legerit, quod magis patebit, si conferes locos ut 4 Reg. 6, 16 (ܣܓܝܐܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܠܗܘܢ ܕ πλείους ὑπὲρ τούς), Ps. 18, 11 (ܕܪ̈ܓܝܓܝܢ ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܗܒܐ ἐπιθυμητὰ ὑπὲρ χρυσίον) et Dan. 1, 20 (ܕܚܟܝܡܝܢ ܝܬܝܪ ܡܢ ܟܠܗܘܢ σοφοὺς παρὰ πάντας) cum loco supra allato Job. 13, 2, vel Ps. 18, 11 (ܝܬܝܪ ܚܠܝܢ ܐܦ ܡܢ ܕܒܫܐ γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι) cum Prov. 23, 31 supra laudato.

3) Non tamen solummodo, ubi sensus comparativus ex sequente genitivo manifestus est, ܝܬܝܪ omittitur, sed etiam in comparativo absolute posito et in superlativo hoc fit, e. g. ܐܚܬܐ ܕܝܠܟܘܢ ܗܝ ܩܫܝܫܬܐ ἡ ἀδελφὴ ὑμῶν ἡ πρεσβυτέρα Ezech. 16, 46; ܛܒ̈ܬܐ ܥܒܕܘ ܐܘܪ̈ܚܬܐ ܕܝܠܟܘܢ βελτίους ποιήσατε τὰς ὁδοὺς ὑμῶν Jer. 26, 13, cfr. v. 14. Job. 1, 13. 18. 30, 1, not. a. Prov. 15, 16. Imprimis ea adjectiva, quæ parvitatem denotant, Paulus in comparativo et superlativo a positivo non distinguit (fortasse quia magnitudo in voce ܝܬܝܪ parvitati nimium contradicere ei visa est). Sic per ܒܨܝܪܐ vertuntur ἥσσων, Es. 23, 8. Job. 20, 10, ἐλάσσων, Prov. 13, 11. 22, 16, ἐλάχιστος. 4 Reg. 18, 24. Es. 60, 22. Job. 18, 7. 30, 1; per ܙܥܘܪܐ ὀλιγοστός 4 Reg. 14, 26. Es. 16, 14. 41, 14, ἐλάχιστος, Prov. 30, 24. Semel tantum ܝܬܝܪ ante ܒܨܝܪܐ positum repperi: ܥܠ ܬܪ̈ܥܐ ܕܗܠܝܢ ܕܝܬܝܪ ܒܨܝܪܝܢ ἐπὶ θύραις τῶν ἡσσόνων Job. 5, 4. — Etiam in iis adjectivis, quorum positivus inter adverbia tantum extat vel omnino non usurpatur, gradus comparationis plerumque non exprimuntur, sic ܒܪܝܐ ἐξώτερος Ezech. 40, 20; ܓܘܝܐ ἐσώτερος Ezech. 8, 16; ܥܠܝܐ ἀνώτερος Ezech. 41, 7; ܬܚܬܝܐ κατώτατος Ps. 85, 13. 87, 7; ܩܕܡܝܐ πρότερος Es. 46, 9. 48, 3, πρῶτος 4 Reg. 25, 18; ܐܚܪܝܐ ὕστερος Jer. 50, 17, ἔσχατος Job. 18, 21. Perraro tantum superlativus voce ܛܒ vel ܝܬܝܪ insignitur, e. g. ܗܠܝܢ ܕܛܒ ܓܘ̈ܝܢ τὰ ἐσώτατα Job. 28, 18; ܣܘܓܐܐ ܕܝܬܝܪ ܓܘ̈ܝܢ πλῆθος ἐσωτάτων Prov. 20, 15 (ܓܘ̈ܝܢ pro ܓܘ̈ܢܝܢ legendum est, nam ܓܘܢܝܐ est »communis« vel »universalis»).

4) Peculiariter comparativa βελτίων et κρείσσων per vocem singularem ܡܝܬܪܐ vertuntur, e. g. ... ܡܝܬܪܐ ܗܘ ܠܡܬܦܠܚܘ ܒܦܐܪ̈ܐ ܕܝܠܝ ܡܢ ܕܗܒܐ ... ܝܠܕ̈ܐ ܕܝܢ ܕܝܠܝ ܡܝܬܪܝܢ ܡܢ ܣܐܡܐ ܓܒܝܐ βέλτιον ἐμὲ καρπίζεσθαι ὑπὲρ χρυσίον ... τὰ δὲ ἐμὰ γεννήματα κρείσσω ἀργυρίου ἐκλεκτοῦ Prov. 8, 19, cfr. quoad βελτίων Jer. 35, 15. 40, 9. Job. 42, 15, quoad κρείσσων Es 56, 5. Ps. 36, 16. 83, 11. Prov. 8, 11. 12, 2 (ubi pro ܛܒܐ ⁘ ܗܘ ܡܝܬܪ ܗܘ legendum est ܛܒܐ ܗܘ ⁘ ܡܝܬܪ ܗܘ), 15, 17. 29 sæp. Utraque tamen vox interdum per

ܛܒܐ vertitur, e. g. ܡܢܬܐ ܐܘ ... ܣܝܡܬܐ ܡܢܬܐ ܗܝ ܛܒܐ *κρείσσων μικρὰ μερὶς ... ἢ θησαυροί* Prov. 15, 16; ܛܒܬܐ ܥܒܕܘ ܐܘܪܚܬܐ ܕܝܠܟܘܢ *βελτίους ποιήσατε τὰς ὁδοὺς ὑμῶν* Jer. 26, 13, cfr. v. 14. — Semel ܝܬܝܪ ܡܛܒܐ pro *βελτίων* repperi: ܗܠܝܢ ܕܡܟܣܝܢ ܝܬܝܪ ܡܛܒܐ ܢܬܚܙܘܢ *οἱ ἐλέγχοντες βελτίους φανοῦνται* Prov. 24, 25; sed dubito, an Paulus superlativum *βέλτιστοι* legerit.

CAPUT QUARTUM.

De Articulo.

§ 10. Articuli vertendi Paulum nullam certam rationem sequi potuisse, necessario inde sequitur, quod articulo lingua Syriaca caret. Sed necesse est aliquem modum habeant Syri, quo illam definitionem exprimant, quam continet articulus Græcus, et varios ejusmodi modos in versione Pauli adhibitos invenimus.

§ 11. Articulus substantivo annexus, quod per illum ut jam commemoratum vel cognitum significatur, non raro per pronom. pers. ܗܘ, ܗܝ, ܗܢܘܢ et demonstr. ܗܠܝܢ (in plurali utriusque generis) vertitur, e. g. ܗܘ ܡܠܟܐ *ὁ βασιλεύς* Dan. 3, 97, cfr. 4, 15. 13, 55. Jud. 16, 30. 17, 11. 18, 6. Ezech. 43, 6. 47, 9; ܗܝ ܐܢܬܬܐ *ἡ γυνή* Dan. 13, 31, cfr. 7, 11. Jud. 13, 6. Ezech. 48, 21; ܗܢܘܢ ܟܠܕܝܐ *οἱ Χαλδαῖοι* Jer. 37, 8. cfr. Ezech. 32, 23. Dan. 13, 34. Jon. 1, 16; ܠܗܠܝܢ ܬܠܝܬܝܐ ܘܦܩܘܕܐ *τοῖς τριστάταις* 4 Reg. 10, 25; ܚܕܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܢܫܐ *μία τῶν γυναικῶν* Job. 2, 10.

Annot. Subinde quidem (sicut plerumque fit in recensione Harclensi) pronomina demonstrativa ܗܿܘ et ܗܿܢܘܢ loco articuli occurrunt, e. g. ܗܿܘ ܓܒܪܐ *ὁ ἀνήρ* Jud. 19, 9; ܗܿܢܘܢ ܐܢܫܐ *οἱ ἄνθρωποι* Dan. 3, 13, cfr. v. 93. 13, 40; sed dubito an menda sint scribarum pro ܗܘ et ܗܢܘܢ (Es. 37, 16 ܐܢܬ ܗܿܘ ܐܠܗܐ *σὺ ὁ θεός* mendum manifestum est pro ܐܢܬ ܗܘ ܐܠܗܐ).

§ 12. Ubi articulus notionem habet demonstrativam ad subjectum enuntiationis relatam, ita ut locum pronominis personalis in genitivo positi expleat, nonnunquam per suffixum exprimitur, e. g. ܛܥܝܢ ܒܠܒܗܘܢ *πλανῶνται τῇ καρδίᾳ* Ps. 94, 10; ܡܢ ܦܬܝܚܢ ܐܕܢܝ̈ܗ *ἠνοιγμένα τὰ ὦτα* Es. 42, 20; ܡܢ ܚܙܝܩܝܢ ܒܟܘܬܝܢܝ̈ܗܘܢ *ἐσχισμένους τοὺς χιτῶνας* Es. 36, 22, cfr. 3, 16. 33, 15. 59, 17. 60, 5. Dan. 4, 16. 25. 8, 3. 10, 5. 6. Prov. 7, 23. 28,

14. Job. 16, 10. Eodem modo opinor explicandum esse illud suffixum, quod plerumque (vel fortasse semper) ad ܠܒܣܬܪܗ additur, ubi pro εἰς τὰ ὀπίσω ponitur, et hoc actionem *subjecti* denotat, e. g. ܗܦܟܬ ܠܒܣܬܪܟ ἐστράφης εἰς τὰ ὀπίσω Ps. 113, 5; ܢܗܦܟܘܢ ܠܒܣܬܪܗܘܢ ἀποστραφήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω Ps. 34, 4, cfr. 9, 4. 39, 15. 55, 10 al. (non autem ita, ubi *objectum* retro cedere dicitur, e. g. ܐܗܦܟܬ ܠܢ ܠܒܣܬܪܗ ἀπέστρεψας ἡμᾶς εἰς τὰ ὀπίσω Ps. 43, 11, cfr. 77, 66. Thren. 1, 13).

Annot. Sunt sane loci, ubi suffixum nomini additum est, cui in nullo codice articulus præponitur, sed non dubito, quin talibus locis Paulus in suo codice articulum (vel pron. possessivum) habuerit, e. g. ܕܟܐ ܒܐܝ̈ܕܘܗܝ quod vertas ἀθῷος ταῖς χερσί Ps. 23, 4, cfr. 109, 7. Prov. 8, 5 (ubi pro ܠܒܗܘܢ legendum est ܠܒܒܟܘܢ), 10, 1. 8. 10. 13. 19. 11, 13. 12, 4. 14. 13, 1. 3. 22. 15, 5. 16, 32. 21, 12. 22, 11. Job. 15, 25. Neque tamen, si quis Paulum parum accurate tales locos transtulisse contendet, hanc opinionem veram esse posse negabimus.

§ 15. 1) Articulus nomini annexus, quod in genitivo positum est, non raro per suffixum demonstrativum*) nomini regenti affixum designatur, præcipue si etiam nomen regens articulum habet, e. g. ܫ̈ܐܠܬܗ ܕܠܒܟ τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου Ps. 36, 4, cfr. 2, 8. Ezech. 17, 13. Dan. 4, 18 sæp.; ܣܘܦܗ ܕܐܪܥܐ ἔσχατον τῆς γῆς Es. 45, 22. 48, 20. Idem etiam sæpe fit ante nomina propria personarum et nomen ܡܪܝܐ, ubi nomen est Dei, quamquam nullum articulum habent, quia nomina propria, ut pro natura sua definita, quasi articulo prædita habentur, e. g. ܒܪܗ ܕܐܡܘܨ υἱὸς Ἀμώς Es. 1, 1, cfr. Zeph. 1, 1. Hagg. 1, 1. 3. Zach. 4, 9. 10 al.; ܢܡܘܣܗ ܕܡܪܝܐ ὁ νόμος Κυρίου Ps. 1, 2, cfr. 2, 6. Zach. 4, 6. 8.

Annot. Tamen, ubi nomen rectum adjectivum est substantive usurpatum, ut plurimum suffixum demonstrativum nomini regenti additur, etiamsi illud nullum articulum habet, sine dubio ne obscurus fieret sensus (quamquam plerumque mihi bene intelligi posse videtur, etiamsi hoc factum non esset), e. g. ܦܘܡܗ ܕܙܕܝܩܐ στόμα δικαίου Ps. 36, 30, cfr. 93, 21. Prov. 3, 33. 10, 6. 11. 14. 15. 20. 24, 31. Eccl. 10, 2. — Extat etiam suff. demonstr. ante substantiva nullo articulo prædita, e. g. ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ υἱὸς ἀνθρώπου Ps.

*) Sic, vel e m p h a t i c u m, potius nominandum est hoc suffixi genus, quam p l e o n a s t i c u m, ut vulgo fit; nam ipse hic usus ejus probat, illud non esse pleonasticum (h. e inutiliter usurpatum), sed, sicut est ipse articulus definitus, demonstrativum.

8, 5, *υἱὲ ἀνθρώπου* Ezech. 2, 1. 3. 6. 8. 3, 1. 3 sæp., cfr. Prov. 12, 25. 13, 8. 14, 4. 13. 15, 29. 16, 14. 15. 17, 24. 18, 14. 16. 19, 21. 22. 20, 2. 5. 24. 21, 1. 22, 15. Sed observandum est, ejusmodi exempla perrara esse nisi in illa formula *υἱὲ ἀνθρώπου* apud Ezechiam, quæ quodammodo vim nominis proprii habet ideoque sub regulas generales non cadit, et in Proverb. capp. X—XXII, unde non dubito, quin Paulus ibi a regula generali deflexerit, ut sensus, alioquin ob brevitatem enuntiationum obscurior, magis perspicuus fieret.

2) Per suffixum demonstrativum etiam interdum exprimitur articulus, ubi nomen præpositione regitur, e. g. ܒܗܘ ܢܘܪܐ *ἐν τῷ πυρί* Dan. 3, 92; ܠܗܘ ܐܬܪܐ *ἐπὶ τὸν τόπον* Dan. 14, 14, cfr. Jud. 13, 11. 17, 11. 20, 5. Ezech. 47, 3. Dan. 1, 9. 13, 13. Hos. 1, 2. Prov. 26, 18 (ubi pro ܒܗܘ legendum ܒܗܿܘ), Job 2, 4.

3) Si adjectivum *πᾶς* nomini singulari articulum habenti annectitur, semper suffixum demonstrativum voci ܟܠ affigitur, e. g. ܟܠܗ ܐܪܥܐ *πᾶσα ἡ γῆ* Zach. 14, 9. 10; ܟܠܗ ܗܝ ܕܬܚܝܬ ܫܡܝܐ *πᾶσα ἡ ὑπ' οὐρανόν* Job. 41, 2; ܟܠܗ ܗܘ ܡܐ ܕܐܬܐ *πᾶν τὸ ἐπερχόμενον* Eccl. 11, 8 (sed: ܟܠ ܪܝܫܐ ... ܟܠ ܠܒܐ *πᾶσα κεφαλή ... πᾶσα καρδία* Es. 1, 5, cfr. Jer. 49, 32); ܠܗܝ ܕܬܚܝܬ ܫܡܝܐ ܟܠܗ ܚܙܐ *τὴν ὑπ' οὐρανὸν πᾶσαν ἐφορᾷ* Job. 28, 24; ܐܪܥܐ ܟܠܗ *ἡ γῆ ἡ σύμπασα* Nah. 1, 3 (sed: ܟܠ ܢܦܫܐ ܡܒܪܟܬܐ *ψυχὴ εὐλογουμένη πᾶσα* Prov. 11, 25). — Legimus tamen ܪܓܬܗܘܢ ܕܙܕܝܩܐ ܟܠܗ *ἐπιθυμία δικαίων πᾶσα* Prov. 11, 23, sed suspicor Paulum *ἡ ἐπιθυμία* legisse; sic et Jer. 30, 14 ܥܠ ܟܠܗ ܥܘܠܟܝ vertendum est: *ἐπὶ πᾶσαν τὴν ἀδικίαν σου.*

Annot. In plurali vero suffixum voci ܟܠ semper additur, sive nomini articulato *πάντες* respondet, sive non, e. g. ܬܘܪܐ ܟܠܗܘܢ *βόας πάσας* Ps 8, 8; ܟܠܗܘܢ ܣܛܘ *πάντες ἐξέκλιναν* Ps. 13, 3; ܐܬܬܙܝܥܘܗܝ ܟܠܟܘܢ *κινήσατε αὐτὸν πάντες* Jer. 48, 17; ܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ *πάντα ταῦτα* Eccl. 11, 9. Es. 66, 2; ܟܠܗܝܢ ܡܫܡܠܝܢ *πάντα συντετέλεσται* Job. 19, 27. Tamen *πάντα* vel *τὰ πάντα* absolute positum plerumque vertitur ܟܠܡܕܡ, e. g. Am. 5, 8. Prov. 16, 33. Eccl. 1, 2. 2, 16. 17. 7, 16. 19. Raro *τὰ πάντα* vertitur ܟܠ, ut Eccl. 10, 19. 11, 5, et *πάντες* ܟܠܢܫ, e. g. Prov. 15, 27. 16, 33. 22, 10.

§ 14. Ubi nomen articulatum objectum est verbi, quod Syriace accusativum regit, ܠ nota accusativi Syriace illi nomini præfigitur, e. g. ܐܬܕܟܪܘ ܠܡܪܝܐ *μνήσθητε τοῦ Κυρίου* Jer. 51, 50; ܫܡܥ ܠܨܠܘܬܐ ܕܝܠܝ *εἰσήκουσε τῆς προσευχῆς μου* Ps. 4, 2, cfr. 5, 2. 6, 5. 7. 10 sæp. Interdum insuper

verbo additur suffixum demonstrativum vel pronomen personale in accusativo objectum antecipans, e. g. ܕܡܪܗ ܡܪܝܐ ܠܚܣܝܐ ܕܝܠܗ *ἐθαυμάστωσε Κύριος τὸν ὅσιον αὐτοῦ* Ps. 4, 4; ܐܫܒܘܩ ܐܢܐ ܠܗ ܠܟܪܡܐ ܕܝܠܝ *ἀνήσω τὴν ἀμπελῶνά μου* Es. 5, 6; ܓܪܥ ܐܢܘܢ ܠܫܒܥܐ ܓܕܘ̈ܠܐ *ἐξύρησε τοὺς ἑπτὰ βοστρύχους* Jud. 16, 19, cfr. v. 29. 3, 22. 4 Reg. 14, 13. 15, 14. Es. 41, 18. Hic usus præfixi ܠ imprimis manifestus est, ubi articulus sub asterisco est introductus, e. g. ※ܠܣܕܘܡ, Hexapla Montf.: ※ *τὴν*: *Σοδομά* Jer. 50, 40.

Annot. I. Ubi nomen articulatum genitivum regit, sæpe nullum ܠ accusativo præfigitur, e. g. ܫܡܥ ܩܠܐ ܕܒܟܝܬܐ ܕܝܠܝ *εἰσήκουσε τῆς φωνῆς τοῦ κλαυθμοῦ μου* Ps. 6, 9. 10, cfr. 36, 4. 44, 11; ܦܐܪܐ ܕܝܠܗ ܢܬܠ *τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει* Ps. 1, 3, cfr. 2, 3. 5, 2. 7, 6. Jud. 9, 9. 17 al. His vero locis, ubi ܠ ante nomen absolutum non extat, qui rari sunt, non dubito quin Paulus in suo codice nullum articulum legerit.

Annot. II. Evenit etiam, ut ܠ nomini præfigatur, quod Græce nullum articulum habet, nec ܠ solum sed aliquoties insuper suff. demonstr., quia alioquin sensus ob defectum formarum casuum Syriace obscurior fieret. Hoc imprimis fit, *a*) ubi objectum verbum præcedit, vel subjectum verbum sequitur, e. g. ܠܓܒܪܐ ܕܕܡ̈ܐ ܢܣܠܝܘܗܝ ܡܪܝܐ *ἄνδρα αἱμάτων βδελύξεται Κύριος* Ps. 5, 7; ܠܚܡܬܗ ܕܓܒܪܐ ܡܢܝܚ ܐܣܝܐ ܚܟܝܡܐ ܠܓܒܪܐ ܕܝܢ ܙܥܘܪ ܢܦܫܐ ܡܢܘ ܢܣܝܒܪ *θυμὸν ἀνδρὸς πραΰνει θεραπῶν φρόνιμος, ἄνδρα δὲ ὀλιγόψυχον τίς ὑποίσει*; Prov. 18, 14, cfr. v. 18. 10, 6. 11. 12, 4. 21, 2. 22, 12. Job. 26, 14 al. — *b)* ubi adjectivum masculinum vel participium substantive positum objectum est, e. g. ܕܘܢ ܠܡܣܟܢܐ ܘܠܡܚܝܠܐ *διάκρινε πένητα καὶ ἀσθενῆ* Prov. 31, 9, cfr. 9, 7. 8. 22, 22. Ps. 5, 13. 7, 10; ܠܡܦܩܘ ܡܢ ܐܣܘܪܐ ܠܐܣܝܪ̈ܐ *ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους* Es. 42, 7, cfr. 61, 4. Job 5, 11. — *c)* ubi nomen objecto appositum huic per particulas *ὡς*, *καθώς*, *ὡσεί* et similes annectitur, e. g. ܥܣܒܐ ܐܝܟ ܕܠܬܘܪܐ ܐܘܟܠܘܟ *χόρτον ὡς βοῦν ἐψώμισάν με* Dan. 4, 30; ܚ̈ܒܠܐ ܢܐܚܕܘܢܟܝ ܐܝܟ ܐܢܬܬܐ ܕܝܠܕܬܐ *ὠδῖνες καθέξουσί σε καθὼς γυναῖκα* Jer. 13, 21, cfr. 50, 26. Jud. 6, 16. 14, 6. Es. 61, 11. Ps. 88, 11; (sunt tamen etiam loci, ubi abest ܠ, e. g. ܥܣܒܐ ܠܟ ܐܝܟ ܬܘܪܐ ܢܘܟܠܘܢ *χόρτον σε ὡς βοῦν ψωμίσουσι* Dan. 4, 29, cfr. Jud. 16, 12. Zach. 9, 15. Ps. 77, 13). — *d)* nonnunquam ubi sensus alias ob causas obscurior fieret, nisi ܠ insereretur, e. g. ܠܐ ܫܒܩܘ ܠܓܒܪܐ ܠܡܥܒܪ *οὐκ ἀφῆκαν ἄνδρα διαβῆναι* Jud. 3, 28. Hoc præcipue in Proverb. X—XXII usu venit, propter brevitatem enun-

tiationum, ut opinor (cfr. § 13, 1. Ann.), vid. Prov. 10, 3. 4. 13. 19, 6. 7. 15. 18. 24. 25.

§ 15. Ubi articulus adjectivo vel numerali ordinali annectitur, sive substantivum, ad quod hoc pertinet, expressum est, sive non, sæpe per pronn. demonstr. ܗܘ, ܗܝ, ܗܢܘܢ, ܗܠܝܢ exprimitur, e. g. ܒܠܕܕ ܗܘ ܫܘܚܝܐ. *Βαλδὰδ ὁ Σαυχίτης* Job. 8, 1, cfr. 11, 1. 15, 1. 42, 9. Dan. 4, 32. Joel. 2, 31. Zach. 8, 19; ܠܡܫܬܐ ܠܗܘ ܥܘܡܩܐ ܘܦܬܝܐ *πίεσαι τὸ βαθὺ καὶ τὸ πλατύ* Ezech. 23, 32, cfr. Dan. 13, 56. Mich. 7, 3, not. g; ܐܘܪܚܐ ܗܝ ܛܒܬܐ *ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθή* Jer. 6, 16, cfr. Ezech. 40, 20; ܩܪܐ ܠܗܝ ܡܢ ܩܕܡܝܬܐ ... ܠܗܝ ܕܝܢ ܠܬܪܬܝܢܝܬܐ ... ܠܗܝ ܕܝܢ ܠܬܠܝܬܝܬܐ *ἐκάλεσε τὴν μὲν πρώτην ... τὴν δευτέραν δὲ ... τὴν δὲ τρίτην* Job. 42, 14, cfr. Zach. 13, 8. 9; ܗܝ ܐܪܒܥܬܗܘܢ *ἡ τετάρτη* Prov. 30, 15 et *τὸ τέταρτον* v. 18. 21 (sed: ܐܪܒܥܬܗܘܢ *τέταρτον* Prov. 30, 29); ܠܩܕܡܝܐ ܐܦ ܠܗܢܘܢ ܐܚܪܝܐ *τοῖς πρώτοις καίγε τοῖς ἐσχάτοις* Eccl. 1, 11, cfr. 4, 16. Dan. 1, 3. Zach. 6, 6. 7; ܠܓܒܝܬܐ ܕܝܠܝ ܗܠܝܢ ܫܦܝܪܬܐ *τὰ ἐπίλεκτά μου τὰ καλά* Joel. 3, 5; ܗܠܝܢ ܐܚܪܝܬܐ *τὰ ἔσχατα* Job. 42, 12.

§ 16. Quum adjectiva, ut supra (§ 8, 2.) demonstravimus, non raro participialiter adhibeantur, articulus nonnunquam quasi pronomen relativum, h. e. per pronomina demonstr. sequente ܕ relativo, vertitur. Hoc imprimis usu venit in comparativis et superlativis et in adjectivis neutrius generis substantive usurpatis, e. g. ܐܚܐ ܕܝܠܗܘܢ ܗܘ ܕܩܫܝܫ *ὁ ἀδελφὸς αὐτῶν ὁ πρεσβύτερος* Job. 1, 13. 18; ܚܬܐ ܕܝܠܟܝ ܗܝ ܕܙܥܘܪܬܐ *ἡ ἀδελφή σου ἡ νεωτέρα* Ezech. 16, 46; ܡܕܡ ܬܠܐ ܕܫܠܝܛܝܢ ܠܗܢܘܢ *τοὺς ἰσχυροτέρους μου* Jud. 5, 13; ܐܝܠܝܢ ܕܛܠܝܢ *οἱ νεώτεροι* Job. 30, 1, not. a; ܗܠܝܢ ܕܦܢܝܢ ܓܘܝܝܢ *τὰ ἐσώτατα* Job. 28, 18; — ܗܢ ܕܫܦܝܪ *τὸ ἀγαθόν* Jud. 19, 24. 4 Reg. 10, 5. 15, 3; ܗܢ ܕܟܐܢܐ *τὸ δίκαιον* Es. 47, 3; ܗܢ ܕܬܪܝܨ *τὸ εὐθές* 4 Reg. 12. 2. 14, 3. Jer. 34, 15; ܗܢ ܕܒܝܫܐ *τὸ πονηρόν* 4 Reg. 8, 18. 13, 2. 11. Rarius articulus ita vertitur, ubi adjectivum masculinum substantive usurpatum est, e. g. ܗܘ ܕܩܫܝܐ *ὁ σκληρός* Prov. 28, 14; ܗܠܝܢ ܕܣܘܟܠܬܢܝܢ *οἱ συνετοί* Es. 5, 21, cfr. Prov. 16, 21.

Annot. Si nudum ܕ relativum adjectivo præfigitur, Græce nullum articulum habet, e. g. ܡܢܐ ܫܦܝܪ ܘܡܢܐ ܒܣܝܡ *τί καλὸν καὶ τί τερπνόν* Ps. 132, 1, cfr. Jer. 2, 33. Mich. 6, 8; ܕܟܐ ܒܐܝܕܘܗܝ *ἀθῷος ταῖς χερσί* Ps. 23, 4, cfr. Prov. 16, 21, not. h; plura exx. vide supra § 8, 2. Extat quidem non raro ܕܒܝܫ, ubi omnes codd. Græci *τὸ πονηρὸν* præbent (e. g. 4 Reg. 8, 27.

15, 18. 24. 28. 17, 17 al.); sed non dubito, quin Paulus pro eo *πονηρόν* sine articulo legerit.

§ 17. Articulus numerali cardinali præmissus plerumque vertitur, aut per pron. demonstr. eodem modo quo ante adjectiva (vid. § 16), aut per suffixa, e. g. ܗܘ ܚܕ ܗܢܘܢ ܬܪܝܢ *ὁ εἷς, οἱ δύο* Eccl. 4, 12; ܥܠ ܟܐܦܐ ܗܝ ܚܕܐ *ἐπὶ τὸν λίθον τὸν ἕνα* Zach. 3, 10; ܗܢܘܢ ܫܬܐ *τὰ ἕξ* Ruth 3, 17; ܗܠܝܢ ܬܪܝܢ ܩܝܣ̈ܐ *τὰ δύο ξύλα* Es. 7, 4; ܗܠܝܢ ܥܣܪ ܩܪ̈ܢܬܐ *τὰ δέκα κέρατα* Dan. 7, 24, cfr. Jud. 9, 44. 16, 28. 4 Reg. 1, 14. 8, 3. Ezech. 3, 16. Dan. 1. 15. — ܬܪܝܗܘܢ ܡܠܟ̈ܐ *οἱ δύο βασιλεῖς* Es. 7, 16; ܗܠܝܢ ܬܠܬܝܗܝܢ *αἱ τρεῖς αὗται* Prov. 30, 15, cfr. Jud. 7, 25. 8, 12. 16, 3. 29. 4 Reg. 23, 12. Ezech. 21. 21. 23, 13. 46, 22 s. Zach. 11, 8. Eccl. 11, 6. — Evenit etiam, ut sicut ante substantiva articulus per suff. demonstr. vel, si numerale locum objecti tenet, per ܠ præfixum exprimatur, e. g. ܒܗܘܢ ܒܫܒܥܐ ܝܘ̈ܡܝܢ *ἐν ταῖς ἑπτὰ ἡμέραις* Ezech. 45, 23 (eodem versu ܒܗܠܝܢ ܫܒܥܐ ܝܘ̈ܡܝܢ vertitur); ܘܝ ܠܗ ܠܚܕ *οὐαὶ τῷ ἑνί* Eccl. 4, 10; ܠܡܣܒ ܠܬܪ̈ܝܢ ܒܢ̈ܝ ܕܝܠܝ *λαβεῖν τοὺς δύο υἱούς μου* 4 Reg. 4, 1, cfr. 1, 13. Es 38, 8.

Annot. Si *εἷς* excipias, cujus articulum tribus tantum locis supra laudatis expressum repperi, rara sunt exempla, ubi articulus ante numeralia non vertitur, vid. Es. 6, 2. 47, 9. Jer. 41, 2. Ezech. 35, 10. 43, 26. 45, 15. 47, 13. Dan. 7, 20. Zach. 4, 12. 14. Eccl. 11, 2.

§ 18. Articulus adverbio vel præpositioni locum adjectivi vel substantivi occupanti præmissus ut plurimum per pron. demonstr. sequente ܕ relativo vertitur, e. g. ܡܕܒܚܐ ܗܘ ܕܒܕܪܡܣܘܩ *τὸ θυσιαστήριον τὸ ἐν Δαμασκῷ* 4 Reg. 16, 10, cfr. Jud. 9, 32. 33. 44. 45. 48. Es. 41, 25. Zach. 14, 4; ܟܠܗ ܐܣܛܘ̈ܐ ܗܘ ܕܡܢ ܠܬܚܬ *τὸ περίστυλον τὸ ὑποκάτω* Ezech. 40, 18; ܕܝܬܩܐ ܕܝܠܗ ܗܝ ܕܥܡ ܐܒܪܗܡ *διαθήκην αὐτοῦ τὴν μετὰ Ἀβραάμ* 4 Reg. 13, 23, cfr. Ezech. 41, 17. 22. Hagg. 2, 4; ܐܝܟܢܐ ܕܗܝ ܕܡܢ ܩܕܡ *ὥςπερ τὸ ἔμπροσθεν* Ezech. 36, 11; ܗܢܘܢ ܕܡܢ ܒܝܬܐ ܘܗܠܝܢ ܕܥܠ ܡܕܝܢܬܐ *οἱ ἀπὸ τοῦ οἴκου καὶ οἱ ἐπὶ τῆς πόλεως* 4 Reg. 10, 5, cfr. Es. 26, 19. 45, 22. Ezech. 38, 17. 47, 23. 48, 1—8. Zach. 7, 7. 14, 15; ܗܠܝܢ ܕܠܒܪ ܘܗܠܝܢ ܕܠܓܘ *τὰ ἔξω καὶ τὰ ἔσω* Job. 1, 10, cfr. Es. 41, 26. Job. 42, 12; ܗܠܝܢ ܗܢܝܢ ܕܠܘܬ ܡܕܢܚܐ *ταῦτα τὰ πρὸς ἀνατολάς* Ezech. 47, 18, cfr. v. 21. — Raro fit ut articulus per suffixum circumscribatur, e. g. ܗܘ ܕܒܟܠܗܝܢ ܐܝܟ ܗܢܘܢ ܡܫܡܫܢܘܗܝ ܡܫܡܫܢܘܬܐ

ܕܒܬܪܗ *ἐν αὐτῇ γεγραμμένα ἦν τὰ ἔμπροσθεν καὶ τὰ ὄπισθεν αὐτῆς**) Ezech. 2, 10, cfr. quæ supra (§ 12) de formula *εἰς τὰ ὀπίσω* notavimus**), — et ut articulus in accusativo per solum ܠ exprimatur, e. g. ܐܓܠܐ ܠܟܣܝܘܬܟܝ ܕܒܬܪܟܝ *ἀποκαλύψω τὰ ὀπίσω σου* Nah. 3, 5, cfr. Jer. 13, 26. Joel. 2, 20.

Annot. I. Articulus ante adverbia *ἐχθές*, *σήμερον* et *νῦν* nunquam vertitur, e. g. ܝܘܡܐ ܕܐܬܡܠܝ *ἡ ἡμέρα ἡ ἐχθές* Ps. 89, 4; ܡܢ ܝܘܡܢܐ ܓܝܪ *ἀπὸ γὰρ τῆς σήμερον* Es. 38, 19; ܝܘܡܐ ܕܝܘܡܢܐ *ἡ σήμερον ἡμέρα* Es. 37, 3, cfr. Jer. 1, 18. Ezech. 2, 3. 24, 2; ܥܕܡܐ ܠܗܫܐ *ἕως τοῦ νῦν* 4 Reg. 8, 6. Ezech. 4, 14; ܡܢ ܗܫܐ *ἀπὸ τοῦ νῦν* Es. 9, 7. 48, 6. 59, 21. — Quod articulus ante *πέραν* ܥܒܪܐ et *πρωΐ* ܨܦܪܐ non exprimitur, huc non pertinet, quia hæc verba, quippe per substantiva translata, sub regulas de adverbiis non cadunt.

Annot. II. Nonnunquam ubi Paulus præpositionem articulo carentem adjective positam habuit, ܕ relat. ante eam inserit, e. g. ܒܡܣܩܬܗ ܕܒܬܪܗ ܕܡܢ ܡܨܪܝܢ *ἐν τῇ ἀναβάσει αὐτοῦ ἐξ Αἰγύπτου* Jud. 11, 13. 15; ܗܠܝܢ ܕܫܪܟܐ ܕܠܩܘܒܠ *τὰ ἀπόλοιπα κατέναντι* Ezech. 41, 14, cfr. Jud. 2, 1. 12, 8. 4 Reg. 19, 26. Es. 3, 21. Ezech. 42, 6. 48, 15. Prov. 27, 7; sed plerumque in ejusmodi juncturis nullum ܕ inseritur, cfr. Jud. 19, 30. 4 Reg. 6, 30. 7, 11. 10, 29. Es. 8, 21. 22. 9, 12. Jer. 6, 11. Ezech. 19, 10. 27, 4. 31, 16. Mich. 2, 12. Hagg. 1, 1. 14. Zach. 2, 4. — E contrario autem aliquoties articulus per nudum ܕ translatus esse videtur, e. g. ܐܝܟ ܝܘܡܬܐ ܕܡܢ ܩܕܡ *κατὰ τὰς ἡμέρας τὰς ἔμπροσθεν* Zach. 8, 11; ܐܝܟ ܕܡܢ ܪܫܐ ܕܝܠܟܘܢ *ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς ὑμῶν* Ezech. 36, 11, cfr. 47, 2. Es. 1, 26. 63, 19. Zach. 7, 12. Dubito, *utrum* Paulus hunc articulum, utpote per pron. relativum circumscriptum, tum per nudum ܕ, tum per ܕ præcedente pron. demonstr. transtulisse, *an* in ejusmodi locis nullum articulum legisse putandus sit. Prius pronominis relativi (vid. § 24), posterius adjectivorum (§ 16) et participiorum (§ 36) analogia confirmari videtur.

§ **19.** Simili modo atque ante præpositiones articulus, ubi genitivum regit, per pronomina demonstrativa vertitur, e. g. ܠܙܘܪܒܒܠ ܗܘ ܕܫܠܬܐܝܠ *Ζοροβάβελ τὸν τοῦ Σαλαθιήλ* Hagg. 1, 1, cfr. v. 12. 14. 2, 3. Es. 7, 1. Zeph.

---

*) *αὐτῆς* addendum est, etsi in nullo cod. extat; nam nunquam ܕܝܠ cum suffixo a Paulo inseritur, sed semper nudum tantum suffixum, cfr. § 4, 1. c, et § 12.

**) Sine dubio articulus etiam originem præbuit suffixo ܗ in formula ܠܒܬܪܗ ܕܝܘܡܐ pro *τῇ ἐπαύριον* Jud. 6, 38. 9, 42. 21, 4 (alibi est ܠܒܬܪ ܝܘܡܐ 4 Reg. 8, 15 et ܠܒܬܪ ܡܚܪ Jer. 20, 3. Jon. 4, 7).

1, 1 (ubi pro ܗܘ legendum est ܗ̇ܘ), Zach. 1, 1. 6, 11; ܗܠܝܢ ܕܦܘܪܩܢܐ *τὸ τοῦ σωτηρίου* Ezech. 43, 27, cfr. 45, 17. 46, 2. Eodem modo articulus plerumque exprimitur, ubi præmissus est adjectivo substantive adhibito, quod Syriace per substantivum præcedente ܕ genitivi (cfr. § 8, 1.) vertitur, e. g. ܗܘ ܕܫܪܟܐ *τὸ ἀπόλοιπον* Ezech. 41, 15. 42, 1. 10 (sic etiam legendum videtur 41, 12 pro ܕܫܪܟܐ ܗܘ); ܗܠܝܢ ܕܫܪܟܐ *οἱ ἐπίλοιποι* Jud. 21, 16. Jer. 44, 14 et *τὰ ἀπόλοιπα* Ezech. 41, 13. 14. 15, cfr. 4 Reg. 8, 23. Es. 31, 7; ubi vero tale adjectivum adjective positum est, interdum quidem articulus exprimitur, e. g ܡܕܒܚܐ ܗܘ ܕܢܚܫܐ *τὸ θυσιαστήριον τὸ χαλκοῦν* 4 Reg. 16, 14, cfr. Ezech. 47, 18 (ubi legendum est: ܡܕܢܚܝܬܐ ܗܝ ܕܝܡܐ), Dan. 2, 38; ܥܠ ܝܘ̈ܡܬܐ ܗܠܝܢ ܕܡܣܥܪܢܐ *ἐξ ἡμέρας τὰς ἐνεργούς* Ezech. 46, 1, cfr. Dan. 2, 34; sed plerumque nullum vestigium ejus extat, vid. 4 Reg. 10, 29. 16, 15. 24, 13. 25, 13 ss. Es. 2, 20. 56, 9. Jer. 11, 4.

De articulo ante infinitiva et participia vide postea sub Verbis (§§ 33—36).

§ **20.** Ad disquisitionem de articulo etiam pertinet quæstio, quomodo Paulus illud *σύν* transtulerit, quod in Hexapla inseruit Origenes ex versione Aquilæ, qui id pro את nota accusativi Hebraica adhibuit. Versionem Syriaco-Hexaplarem examinando, interdum, imprimis in Jeremia, invenimus ܠ asterisco notatum nomini præfixum, quos locos si cum fragmentis Hexaplorum comparaverimus, manifestum erit, hoc ܠ Græco *σύν* respondere, sic ܝܗ̇ܒ ܐܢܐ ※ܠܡܕܝܢܬܐ ܗܕܐ *δίδωμι ※ σὺν: τὴν πόλιν ταύτην* (ut exhibet cod. 88 Holmes.), Hebr. את העיר הזאת Jer. 32, 3, cfr. 7, 18 (ubi legendum est ※ܠܢܘܪܐ, vid. *Bugati* Daniel. p. 165), Jud. 6, 26*). Idem nos docet Ecclesiastes, unicus Veteris Testamenti liber, in quo omnes codices versionis LXX pro את *σύν* exhibent, cujus loco in versione nostra ܠ reperimus, e. g. ܣܢܝܬ ܠܚܝ̈ܐ *ἐμίσησα σὺν τὴν ζωήν*, את החיים Eccl. 2, 17, cfr. 3, 10. 4, 2. 3. 7. 27. 30. 8, 15. 17. 9, 15. 12, 9. Certum igitur est, Paulum *σύν* notam accusativi per ܠ vertere, et optime quidem hoc fecit; nam ܠ accusativi prorsus idem significat quod את Hebraicum, illud nomen, cui præfixum est, definitum esse. Magnopere tamen erres, si omnibus locis, ubi ܠ accus. in versione Syriaca extat, *σύν*

---

*) **Male *Spohn* (Jerem. ll. ll.) et *Bugatus* (Daniel, p. 165) hoc ܠ per articulum verterunt.**

in textum Hexaplarem inserendum censeas*); nam ⁂, ut supra (§ 14) demonstravimus, etiam articulum objecto præpositum exprimit, quem permultis locis reperiri, ubi nullum את in textu Hebraico extat, non opus est ut mo-

---

*) Non minor esset error ubique *σύν* pro את inserere; nam Ecclesiastes nos docet, *σύν* nunquam ante nomen poni, quod genitivum regit (נתתי את לבי *ἔδωκα τὴν καρδίαν μου* Eccl. 1, 13, cfr. 2, 10. 20. 4, 5. 8. 5, 5. 18. 19. 7, 8. 14. 19. 22. 8, 8. 9. 16. 9, 7. 12. 10, 20. 11, 5. 6. 8. 12, 1. 13), unde facile apparet, causam inserendi *σύν* fuisse, ne quid textus Hebraici non translatum maneret; idcirco ubi et articulus et את Hebraice nomen præcedebat, *σύν* pro את ponebatur (vid. supra), ubi autem nullum articulum habebat nomen Hebraice, ut nomina genitivum regentia, articulus Græcus sufficiebat, ut partes vocis את ageret. Hinc etiam apparet ratio non inserendi *σύν* ante pronomina relativa, Eccl. 4, 3 (את אשר *ὅς τις*), 5, 3. 7, 14 (את אשר *ὅσα ἐάν* et *ὃν ἄν*), quia voculæ *τίς*, *ἐάν* et *ἄν*, quæ Græce pronomen relativum sequuntur, partes *τοῦ* את bene agunt, utpote numerum vocum Hebraicarum et Græcarum eundem efficientes et notionem universalitatis pronomini impertientes, quod idem את facit. Ante *πᾶς* tamen, etiam ubi nullum articulum habet nomen sequens, *σύν* legimus (e g. את כל כשרון *σὺν πᾶσαν ἀνδρείαν* Eccl. 4, 4, cfr. 8, 9. 17), sine dubio, quia *σὺν πᾶν* et similia, quippe sono familiaria voci *σύμπαν* (quod etiam codices plerumque pro *σὺν πᾶν* exhibent) non male auribus Græcis sonabant. Sed videtur articulus pro את etiam ante *πᾶς* interdum in Hexaplis extitisse; Eccl. 9, 11 saltem ii codices, qui textum Hexaplarem optime referre solent, pro את כֻּלָּם *τοῖς πᾶσιν αὐτοῖς* exhibent (sed plerique codd. *σύμπασιν αὐτοῖς* habent). — Evenit quidem, ut *σύν* omissum sit, ubi secundum ea, quæ supra sunt dicta, requiritur (את המעשה *τὸ ποίημα* Eccl. 3, 11, cfr. 8, 16. 9, 15. 12, 13), sed hoc aut ex incuria scribarum, fortasse ipsius Origenis, ortum esse potest, aut inde, quod Aquilas in suo codice Hebraico nullum את habuerit. — Quæ de usu vocis *σύν* ex Ecclesiaste collegimus, confirmantur codicibus singulis ceterorum librorum, qui textum Hexaplarem accuratius referunt, et iis præterea docemur, *σύν* nunquam ante nomen proprium poni, cui Hebraice את præmissum est, quia sicut ante nomina genitivum regentia articulus Græce locum illius particulæ explet. Sed etiam docemur, את cum suffixo connexum nunquam per *σύν* verti, cujus rei nullam aliam video causam, quam quod *σύν* non necessarium visum sit, quia את cum suffixo unam efficeret vocem; fateor equidem hanc causam satis levem esse (nam cur tunc את ante nomen articulatum vertitur, quum etiam articulus cum nomine unam efficiat vocem?); sed nullam habeo meliorem quam proferam. Causa *σύν* ante pronomina personalia omittendi ea saltem non esse potest, de qua primo cogitavi, quod *σύν*, ut pars quædam articuli, a natura pronominum, quæ nunquam vel perraro in lingua Græca articulo prædita sunt (pronn. possessivis exceptis, ad quæ, utpote linguis Semiticis ignota, respicere non possumus), nimis abhorrere visum est; nam extat *σύν* et ante pronomina demonstr. (את זה *σὺν τοῦτο* Eccl. 7, 15; את אלה *σὺν ταῦτα* Ezech. 4, 6 ap. Holm.) et relativa (את אשר *σὺν ὅσα* Eccl. 2, 12; ⁂ *σὺν*: *ἃ* Jer. 23, 25, Montfaucon) et interrogativa (Es. 6, 8. 37, 23, ubi *τὸν τίνα*, quod codd. nonnulli pro את מי exhibent, correctio videtur scribarum pro *σὺν τίνα*), unde apparet, *σύν* æque bene ante pronomina personalia poni potuisse. Jam vero in ver-

neam. Quod jam vidimus, *σύν* in universum eodem modo, quo articulus, exprimi, hoc etiam fit ante adjectivum *πᾶς*, ante quod *σύν* non solum per ܠ (Eccl. 7, 16. 11, 5) sed etiam per suffixum demonstrativum (cfr. § 13, 3)

---

sione Syriaco-Hexaplari reperimus ※ܠܘܬ nominibus præfixum, quibus Hebraice את quidem sed non simul articulus præmissus est, scil. et nominibus propriis (Jer. 43, 6. 10. 50, 40) et nominibus genitivum regentibus (Jer. 8, 7. 35, 15. 36, 10. 40, 4. 43, 11. Ezech. 4, 15. 29, 19. 34, 7); quum autem ܠ nota accus. plerumque articulum denotet (vid. § 14), quumque non raro ante talia nomina in codd. Hexaplaribus Græcis articulus sub asterisco occurrat (sic Jer. 50, 40 אֶת סְדֹם, Hex. Montf. ※ *τὴν*: *Σοδομά*, Syr. ※ܠܘܬ ܣܕܘܡ, cfr. Hex. Montf. Es 8, 4. 13. 19, 14. 37, 2. 65, 18. Jer. 3, 21. 19, 5. 20, 13): manifestum est, talibus locis ܠ non pro *σύν*, sed pro articulo positum esse.

Num autem Aquilas ipse in sua versione iis tantum locis *σύν* posuerit, in quibus in Hexaplis legebatur, non ita facile est decidere. Occurrit quidem in fragmentis Hexaplaribus nomen Aquilæ ut plurimum sive solum (Jer. 3, 21) sive cum nominibus reliquorum interpretum conjunctum (*Α. Θ.* Es. 8, 13; *Α. Σ.* Jer. 20, 13; *Α. Σ. Θ.* vel *οἱ Γ.* Es. 19, 14. 37, 2. 65, 18) ante articulum pro את positum (semel nomen Theodotionis solum repperi, Jer. 50, 40, sed Aquilæ haud dubie addendum est); supra autem vidimus, *ἐάν* et *ἄν* post pron. relat. Græce locum *τοῦ* את explere posse, et tamen pro את אשר *σὺν ἅ* et *σὺν ὅσα* reperiri (Jer. 23, 25. Eccl. 2, 12), unde non inepta videri possit conclusio, Origenem ibi tantum *σύν* Aquilæ inseruisse, ubi nulla vox mere Græca in alia versione numerum vocum Hebraicarum expleret; exinde autem sequatur, ut pro certo decidere non possimus, nonne etiam ille articulus ex reliquis interpretibus sit petitus, et nomen Aquilæ, quod præpositum est, id tantum significet, illum in versione sua vocem (*σύν*) exhibuisse ex sententia Origenis articulo synonymam. Veri tamen similius mihi videtur, ipsum Aquilam את ante nomen non articulatum per articulum transtulisse, alioquin mirum esset, quod *σύν* nunquam talibus locis in Hexapla irrepsit, vel quod reliqui interpretes ibi semper articulum exhibebant, ubi Aquilas *σύν* habebat. Et præterea nulla est dubitatio, quin Aquilas ipse את ante suffixa non transtulerit, alioquin certo Origenes *σύν* ibi in Hexapla inseruisset; si vero uno loco liberius solito vertit Aquilas, hoc etiam alio loco factum esse potest. Simul autem non puto dubitari posse, quin Origenes, ubi vox melior Græca in alia versione partes vocis *σύν* apud Aquilam agere posset, illam prætulerit, quod ex iis, quæ supra de pronomine relativo diximus, apparere videtur. Num vero idem ex adjectivo *πᾶς* argui possit, quod, ut supra memoravi, interdum articulus pro *σύν* præcedere videtur, dubito. Nam sicut ille locus Ecclesiastis (9, 11) incertus est, sic etiam ceteri loci, qui hoc demonstrarent, non tam certi sunt, ut decidere audeam, utrum articulus ante *πᾶς* in Hexaplis pro *σύν* positus fuerit, necne; primo enim obtutu codicum Hexaplarium patet, scribas eorum codicum, qui verba asterisco notata retinent, quantum fieri posset *σύν* in articulum immutasse, ideoque, etiamsi omnes illi codices e. g. *τοὺς πάντας* pro את כל exhibent, semper dubium manet, num *σὺν πάντας* in Hexaplis extiterit, nisi asteriscus ante talem articulum inventus fuerit,

redditur, si nomen sequens articulum non habet, e. g. ܚܙܝܬ ܠܟܠܗ ܥܡܠܐ *εἶδον σὺν πάντα (σύμπαντα) μόχθον*, את כל עמל Eccl. 4, 4; ܠܟܠܗ ܗܢܐ ܝܗܒܬ *σὺν πᾶν τοῦτο ἔδωκα*, את כל זה Eccl. 8, 17, cfr. 3, 11. 8, 9 (ubi pro ܟܠܗ legendum est ܠܟܠܗ). Si vero nomen, cui adjectum est *πᾶς*, articulum habet, *σύν* per ܠ, articulus per suff. demonstr. exprimitur, e. g. ܚܙܝܬ ܠܟܠܗܘܢ ܥܒ̈ܕܐ *εἶδον σὺν πάντα (σύμπαντα) τὰ ποιήματα*, את כל המעשים Eccl. 1, 14, cfr. 2, 18. 4, 1. 4. 15. 8. 17. 12, 14. — Si verbum Syriacum aliter construitur, atque cum ܠ, Paulus ad *σύν* omnino non respicit, e. g. ܡܢ ܠܐܠܗܐ ܕܚܠ *σὺν τὸν θεὸν φοβοῦ* Eccl. 5, 6*). — Non desunt quidem loci, ubi codices Græci *σύν* exhibeant, quod in versione Syriaca non expressum est, sic *καὶ σὺν τὸν αἰῶνα ἔδωκε* (את העולם) ܐܦ ܠܥܠܡܐ ܝܗܒ ܒܗܘܢ Eccl. 3, 11; *τοῦ κωλύσαι σὺν τὸ πνεῦμα* (את הרוח) ܠܡܟܠܝܘ ܪܘܚܐ 8, 8; *τοῦ βλέπειν σὺν τὸν ἥλιον* (את השמש) ܠܡܚܙܐ ܫܡܫܐ 11, 7; sed hoc partim inde ortum esse, quod codex Græcus Pauli parum fuit accuratus, partim, quod mihi quidem veri similius videtur, menda codicis Syriaci esse potest, ita ut locis laudatis ܠܥܠܡܐ, ܠܪܘܚܐ, ܠܫܡܫܐ legendum sit. — Sicut in Ecclesiaste, sic et in ceteris libris ܠ pro *σύν* adhibetur, et præterea, sicut ante ܠ articulum objecti exprimens, suffixum demonstrativum verbo sæpe additur (cujus rei exemplum in Ecclesiaste non extat), cfr. Jud. 1, 2. 4. 8 etc. Item non desunt exempla, ubi nullum positum sit ܠ, quod pro *σύν* expectandum erat, quod eodem modo, quo supra dixi, explicandum est.

Apparet igitur, quum Paulus semper *σύν* eodem modo atque articulum transtulerit, nunquam certo decidi posse, utrum in suo codice *σύν* legerit, necne, nisi in versione ܠ sub asterisco affertur, et simul in textu Hebraico

---

quod in iis fragmentis, quæ hucusque sunt cognita, extare non puto. — Hoc igitur ex iis, quæ dixi, patere puto, Aquilam nullum *σύν* ante nomina propria et genitivum regentia nec ante pronomina personalia posuisse; posueritne omnibus reliquis locis, aliis accuratius disquirendum relinquo.

*) Raro fit ut *σύν* per ܠܘܬ vertatur, e. g. ܠܘܬ ܙܕܝܩܐ ܘܠܡܪܫܥܐ ܕܐܢ *σὺν τὸν δίκαιον καὶ σὺν τὸν ἀσεβῆ κρίνει*, את הצדיק ואת הרשע Eccl. 3, 17, cfr. Jud. 4, 21. 20, 44. 46; sed opinor Paulum talibus locis in suo codice *σύν* cum dativo constructum habuisse (igitur Eccl. l. l. *σὺν τῷ δικαίῳ καὶ σὺν τὸν ἀσεβῆ*); nam scribæ codicum hexaplarium non raro *σύν*, usum ejus non intelligentes, cum dativo construxerunt, sic Jud. 8, 25 pro ויפרשו את השמלה cod. Holm. 18: *καὶ ἀνέπτυξεν σὺν τῷ ἱματίῳ* (sed codd. 19 et 108: *σὺν τὸ ἱμάτιον*), cfr. 9, 45. Jer. 19, 4. 11. 22, 1. 5. 24, 10 al.

et את et articulus nomini, de quo agitur, præmissus est. Jam quum asteriscus ante ܥܡ, ubi expectandus erat, plerumque a scribis sit omissus, plerumque decidi non potest, num Paulus *σύν* legerit. (In versione nostra Græca *σύν* inseruimus, ubi ex comparatione textus Hebraici apparuit, *σύν* requiri [quod etiam in codd. hexaplaribus libri Judicum extitisse, cod. Escurialensis, Y. III. 5, qui fere semper *σύν* exhibet, testatur]; sed quum, unico loco Jud. 6, 26 excepto, ܥܡ in nostro codice semper sine asterisco afferatur, *σύν* typis minoribus exprimendum curavimus, ut pateret, textum Syriacum id non necessario requirere).

CAPUT QUINTUM.

De Pronominibus.

§ 21. Probe tenendum est, non ubique, ubi textus Græcus pronomen exhibet, pronomen Syriace verti, nec ubique pronomen, ubi Syriace extat, in textu Græco esse quærendum.

1) Ubi enim pronomen personale Græce subjectum est infinitivi (in accus. cum inf.) vel participii (in genitivo consequentiæ) et post verbum positum est, Syriace non vertitur, e. g. ܡܛܠ ܕܪܓܙܬ *διὰ τὸ ὀργισθῆναί σε* 4 Reg. 19, 28; ܟܕ ܡܬܢܒܝܢ *ἐν τῷ προφητεύειν αὐτούς* Jer. 23, 26; ܟܕ ܕܗܦܟ ܐܢܐ *ἐν τῷ ἐπιστρέφειν με* Jud. 8, 9 (ܐܢܐ non est versio pronominis *μέ*, sed ad formam præsentis pertinet, vid. 2), cfr. 4 Reg. 8, 29. Es. 49, 6. Ezech. 36, 3. Ps. 36, 20 al.; ܟܕ ܩܐܡ ܗܘܝܬ *ἑστηκότος μου* Jer. 18, 20; ܟܕ ܫܡܥ ܐܢܐ *ἀκούοντός μου* Ezech. 9, 5, cfr. Jer. 31, 32. 36, 2. Dan. 9, 21.

Annot. Si pronomen priorem locum tenet, semper vertitur, e. g. ܟܕ ܗܘ ܣܓܕ *ἐν τῷ αὐτὸν προςκυνεῖν* Es. 37, 38; ܟܕ ܗܢܘܢ ܡܡܠܠܝܢ *αὐτῶν λαλούντων* Es. 65, 24. Extant quidem loci, ubi in codd. Græcis pronomen postponitur, quum Syriace præponitur, sed non dubito, quin ibi Paulus in suo cod. pronomen præpositum legerit, e. g. ܟܕ ܗܢܘܢ ܡܩܪܒܝܢ *ἐν τῷ αὐτοὺς πολεμεῖν* (non ut in codd. *πολεμεῖν αὐτούς*) 4 Reg. 9, 15; ܟܕ ܐܢܬ ܥܕܟܝܠ ܡܡܠܠ *ἔτι σου λαλοῦντος* (non ut in codd. *λαλοῦντός σου*) Es. 58, 9.

2) Pronomina primæ et secundæ personæ Syriace post ea tempora inseruntur, quæ per participium vertuntur, e. g. ܐܢܐ ܦܬܚ ܐܢܐ *ἐγὼ ἀνοίγω* Ezech. 37, 12; ܟܕ ܐܢܐ ܡܬܢܒܐ ܐܢܐ *ἐν τῷ ἐμὲ προφητεύειν* Ezech. 37, 7; ܡܠܦ ܐܢܬ *νενουτέθησαι* Job. 38, 18; ܐܢܬܘܢ ܡܫܚܝܢ ܐܢܬܘܢ *ὑμεῖς χρίετε* Jud. 9, 15 al.

Tam accurate hanc postpositionem pronominum observat Paulus, ut pronomen, etiam ubi Græce verbum sequitur, bis ponat, e. g. ܚܣܪ ܐܢܐ ܐܢܐ ὑστερῶ ἐγώ Ps. 38, 5; ܫܡܥܝܢܢ ܚܢܢ ἀκούομεν ἡμεῖς 4 Reg. 18, 26, cfr. Jon. 4, 9. Ps. 44, 2. Job. 3, 24; ܥܩܬ ܐܢܬ ܐܢܬ λελύπησαι σύ Jon. 4, 4; ܡܗܦܟܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܝ ܐܢܬܘܢ ἐπιστρέφετέ με ὑμεῖς Jud. 11, 9, cfr. v. 12. 4 Reg. 14, 10. Es. 38, 1. — De insertione aliorum pronominum vid. § 4, 1.

Annot. Occurrunt quidem loci, qui iis, quæ supra dixi, obstare videntur, sed ibi aut mendum textui Syriaco inesse videtur, e. g. ܚܢܢ ܥܒܕܝܢ ἡμεῖς ποιοῦμεν 4 Reg. 7, 9, pro quo ܥܒܕܝܢܢ ܚܢܢ legendum est; ܡܢ ܐܢܬܘܢ ܫܡܥܝܢ ὑμῶν ἀκουόντων Job. 13, 17, lege ܡܢ ܐܢܬܘܢ ܫܡܥܝܢ ܐܢܬܘܢ, aut codex Græcus Pauli a codd. nostris diversus fuit, e. g. ܐܢܬ ܡܣܬܟܠ ܐܢܬ σὺ συνίεις (non: συνίεις σύ, ut in codd.) Job. 15, 9; ܐܢܬ ܡܩܡܨܬ διήρτισαι Job. 33, 6 (non διήρτισαι σύ, nisi forte legendum est ܡܩܡܨܬ ܐܢܬ ܐܢܬ).

§ **22.** Accurate Paulus αὐτός in casu recto per ܗܘ, ܗܝ, ܗܢܘܢ, ܗܢܝܢ vertit, ἐκεῖνος per ܗܘ̇, ܗܝ̇, ܗܢܘܢ̇, ܗܢܝܢ̇*), et οὗτος per ܗܢܐ, ܗܕܐ, ܗܠܝܢ,

*) Hac re comprobatur, quod jam *Bernstein* (Lexicon Syr. Chrest. Kirsch. p. 118) rectissime tuitus est, ܗܘ̇ et ܗܝ̇ sicut ܗܢܘܢ̇ et ܗܢܝܢ̇ pronomina esse demonstrativa, non personalia, quod miror in nullam grammaticam Syriacam recentiorem, quod ego sciam, receptum esse. Satis luculenter quidem naturam mere demonstrativam horum pronominum ostendit etymologia, quam protulit Bernstein, tamen a consilio meo abhorrere non puto, idem testimoniis ipsorum Syrorum comprobare, quo accuratius defendam, me iis in hac dissertatione semper demonstrativorum nomen dedisse. *Barhebræus* (Liber Splendor. I. XIX. 7; cod. Mus. Brit. fol. 83 versa) hoc modo scribit: ܗܢܐ ܠܩܪܝܒܐ ܘܗܕܐ ܠܩܪܝܒܬܐ ܘܗܠܝܢ ܠܩܪ̈ܝܒܐ ܘܩܪ̈ܝܒܬܐ ܕܐܝܟ ܡܩܪܒܝܢ ܠܢܦܫܝܢ. ܘܗܘ̇ ܠܡܨܥܝܐ ܘܗܝ̇ ܠܡܨܥܝܬܐ ܘܗܢܘܢ̇ ܘܗܢܝܢ̇ ܗܘ̇ܘ ܠܡܨܥܝܬܐ ܠܕܐܝܟ ܢܦܫܝܢ. ܘܗܘ̇ ܠܪ̈ܚܝܩܐ ܘܗܝ̇ ܠܪܚܝܩܬܐ ܘܗܢܘܢ ܘܗܢܝܢ ܠܪ̈ܚܝܩܐ ܠܡܘܕܥܘܬܐ ܐܬܝܗܒ ܫܡܗܝܢ — Quod scribit, ܗܢܐ etc. personæ propinquiori, ܗܘ̇ vero etc. remotiori respondere, nihil potest significare, nisi ܗܢܐ et ܗܘ̇ sibi invicem ut *hic* et *ille* correspondere, h. e. utrumque demonstrativum esse, ܗܘ autem et ܗܝ etc., quæ nominibus „in medio positis“ respondent, manifeste ejusmodi sunt pronomina, in quibus nihil ad distantiam vel propinquitatem personæ respicitur, sed tantum ad personam ipsam, h. e. pronomina personalia. Ita Barhebræus pronomina demonstrativa et personalia, quamquam non nomine, re tamen bene distinxit et ܗܘ̇, ܗܝ̇ etc. manifesto ad illa retulit. Idem facit *Jos. Acurensis* (Gramm. Syr. p. ܡܒ), quum ܗܘ̇ per ذلك, ܗܝ̇ per هذك او تلك, ܗܢܘܢ̇ et ܗܢܝܢ̇ per اولايك هم et

quam vertendi rationem qui hucusque versionem Pauli Græce reddiderunt non observasse videntur, e. g. ܗܘ ܕܝܢ ܐܢܬ αὐτὸς δὲ σύ Job. 2, 9; ܗܝ ܗܝ ܡܢܬܐ ܕܝܠܟ αὐτὸ μερίς σου Eccl. 9, 9; ܐܢܬܘܢ ܗܢܘܢ ὑμεῖς αὐτοί Job. 13, 8, cfr. Mich. 3, 7. Ps. 58, 16. Eccl. 5, 17; ܗܝ ܗܝ ܡܢܬܐ ܕܝܠܟܝ ܗܢܘ ܦܣܐ ܕܝܠܟܝ ܘܠܗܘܢ ܐܫܕܬܝ ܢܣܟܐ ... ܥܠ ܗܠܝܢ ܗܟܝܠ ܠܐ ܐܪܓܙ ἐκείνη σου ἡ μερὶς, οὗτός σου ὁ κλῆρος, κἀκείνοις ἐξέχεας σπονδὰς ... ἐπὶ τούτοις οὖν οὐκ ὀργισθήσομαι; Es. 57, 6; ܗܕܐ ܗܝ ܡܢܬܐ τοῦτο τὸ μέρος Ezech. 47, 20 et: αὕτη ἡ μερίς Es. 17, 14. Job. 20, 29; ܒܝܘܡܬܐ ܗܢܘܢ ܘܒܙܒܢܐ ܗܘ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ Jer. 3, 17; ܗܢܝܢ ܡܢ ܕܕܚܠܢ ܗܘܝ ἐκεῖναι φοβούμεναι Dan. 13, 57; ܚܙܘܐ ܗܘ ܕܚܙܐ ܗܢܐ ἡ ὅρασις ἣν οὗτος ὁρᾷ Ezech. 12, 27; ܒܝܘܡܬܐ ܗܠܝܢ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις Zach. 8, 15; ܗܠܝܢ ܡ̈ܠܐ οὗτοι οἱ λόγοι Zach. 8, 16, cfr. Jud. 7, 4. Zach. 8, 6. 23. Ps. 19, 8. 9 al. — Οὗτοι interdum minus accurate vertitur ܗܢܘܢ, e. g. ܐ̈ܢܫܐ ܗܢܘܢ οἱ ἄνθρωποι οὗτοι Es. 39, 3 (in loco parallelo 4 Reg. 20, 14: ܓܒ̈ܪܐ ܗܠܝܢ οἱ ἄνδρες οὗτοι), cfr. Jud. 18, 18. Es. 57, 13. 61, 9; sed non puto hoc unquam fieri, ubi οὗτος et ἐκεῖνος sibi invicem opponuntur. Αὐτός in casibus obliquis per suffixa et pronomina ܐܢܘܢ et ܐܢܝܢ vertitur, pronomina vero possessiva per suffixa vertuntur, quæ nullis exemplis indigent.

Annot. I. Ubi αὐτός *idem* significat, si substantive positum est, per pron. pers. bis positum (cui utrique necesse est in casibus obliquis præpositio præfigatur), intercedente particula ܒܗ, vertitur, ubi vero adjective adhibetur, in casibus obliquis per solum suffixum præpositioni annexum, quæ etiam sequenti nomini præfigitur, e. g. ܗܘ ܕܝܢ ܒܗ ܗܘ ܪܡܙ ὁ δὲ αὐτὸς ἐννεύει Prov. 6, 13, cfr. Ps. 101, 28; ܐܬܗܦܟ ܠܒܐ ܕܝܠܝ ܒܗ ܒܗ ܒܗ μετεστράφη ἡ καρδία μου ἐν τῷ αὐτῷ Hos. 11, 8, cfr. Job. 33, 6; ܒܗ ܒܠܠܝܐ ἐν αὐτῇ τῇ νυκτί Dan. 5, 5, cfr. Job. 31, 15.

Annot. II. Formulæ ἐπὶ τὸ αὐτό et ἐπέκεινα, quia vis pronominalis in

---

هن اولايك vertit; ܗܘ vero, ܗܝ, ܗܢܘܢ et ܗܢܝܢ per هو, هي, هم, et هن. Quod disputat *Hoffmann* (Gramm. Syr. § 45, 2), ut demonstret, ܗܢܘܢ et ܗܢܝܢ pronomina esse personalia, grammaticos Syria oriundos, in verborum flexione, ubi pronomina postponunt, semper ܩܛܠܘ ܗܢܘܢ scribere, non plus probat, quam si quis grammaticam Latinam conscripturus in flexione verborum pronomina adderet hoc modo: „amat ille, amant illi“, unde non facile quisquam pronomina *ille* et *illi* personalia esse demonstraret.

iis omnino periit, per adverbia ܐܟܚܕܐ et ܠܗܘܢ vertuntur. Num etiam *ἐν τῷ αὐτῷ* per ܐܟܚܕܐ vertatur, dubito; occurrit quidem pro eo ܐܟܚܕܐ Zach. 10, 4, sed suspicor Paulum *ἐπὶ τὸ αὐτό* legisse. Formula *μετὰ τοῦτο* (vel *μετὰ ταῦτα*?) interdum liberius vertitur ܒܬܪܟܢ, e. g. Jud. 3, 31. Job. 3, 1, sed plerumque accurate ܒܬܪ ܗܠܝܢ vel ܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ, e. g. 4 Reg. 6, 24. Jer. 46, 26 sæp.

§ 23. Reflexiva *ἐμαυτόν, σεαυτόν, ἑαυτόν* etc., ubi verbo vel præpositione reguntur, plerumque exprimuntur per pronominis personalis nominativum (prout appositum subjecti), cui postponitur suffixum ei respondens cum præpositione conjunctum, quæ casum pronominis exprimat, e. g. ܐܙܠܢܐ ܐܢܐ *πορεύσομαι ἐμαυτῷ* Cant. 4, 6; ܣܒ ܐܢܬ ܠܟ *λάβε σεαυτῷ* Jer. 43, 9; ܚܟܝܡܐ ܐܢܬ ܠܘܬܟ *φρόνιμος παρὰ σεαυτῷ* Prov. 3, 7; ܠܡܪܕܐ ܠܫܠܝܛܢܘܗܝ ܢܪܕܝܘܗܝ ܐܝܟ ܗܘ ܠܗ *παιδεῦσαι πάντας τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ ὡς ἑαυτόν* Ps. 104, 22; ܝܡܐ ܗܘ ܒܗ *ὤμοσε καθ' ἑαυτόν* Am. 6, 8, cfr. Hos. 2, 19. Ps. 35, 2. Prov. 15, 27. 19, 8. 22, 26. 26, 12. Job. 4, 8. 15, 23. 22, 23. 24, 16*). Nonnunquam tamen, imprimis ubi præpositione reguntur, hæc pronomina per ܢܦܫܐ circumscribuntur, e. g. ܝܕܥ ܐܢܐ ܒܢܦܫܝ *σύνοιδα ἐμαυτῷ* Job. 27, 6; ܚܟܝܡܐ ܠܘܬ ܢܦܫܗ *σοφὸς παρ' ἑαυτῷ* Prov. 26, 5, cfr. Es. 5, 21. Prov. 28, 11. Job. 19, 27 (ubi pro ܕܢܦܫܐ legendum est ܒܢܦܫܐ). In genitivo possessivo posita plerumque, ut pron. pers. vulgare, per suffixa cum ܕܝܠ conjuncta exprimuntur, e. g. ܠܢܦܫܐ ܕܝܠܗܘܢ *τὴν ἑαυτῶν ψυχήν* Prov. 1, 19; ܐܝܟ ܗܝ ܕܝܠܗ *κατὰ τὸ ἑαυτοῦ* Es. 56, 11, cfr. Prov. 1, 31. 14, 14. Job. 24, 22 sæp.; perraro pronomine personali præmisso insigniuntur, ut ܙܕܝܩܐ ܡܩܛܪܓܢܐ ܗܘ ܗܘ ܕܝܠܗ *δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος* Prov. 18, 17, cfr. 12, 26; similiter ܒܠܥܕܝ ܡܢܝ ܕܝܠܝ *ἀνεὺ ἐμαυτοῦ* Job. 34, 32.

Annot. I. Formula *καθ' ἑαυτόν*, *seorsim*, peculiariter secundum loquendi usum Syrorum vertitur ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܘܠܗ Es. 47, 15, cfr. Ezech. 47, 10. Zach. 12, 12—14.

Annot. II. Nonnunquam tamen compositio verborum Græce talis est, ut non facile Paulus notionem reflexivam eo modo exprimere potuerit, quem supra descripsi, unde ad eam in versione non respexit, e. g. ܢܦܫܐ ܠܗܘܢ

*) Quod legitur Prov. 18, 9: ܕܗܘ ܕܡܚܒܠ ܗܘ ܠܗ *τοῦ λυμαινομένου ἑαυτόν*, sine dubio mendum est scribæ pro ܗܘ ܠܗ.

Digitized by Google

ܕܠܢܦܫܝ ܐܬܕܠܚܬ πρὸς ἐμαυτὸν ἡ ψυχή μου ἐταράχθη Ps. 41, 7; ܡܢ ܗܠܝܢ ܐܝܬ ܠܝ ܥܡ ταῦτα ἔχων ἐν ἐμαυτῷ Job. 10, 13; ܒܟ ܢܬܬܒܪܘܢ ἐν σεαυτῇ συντριβήσονται Job. 38, 11. His locis neque repetitio pronominis neque vox ܢܦܫܐ idonea erat, quæ notionem reflexivam referret; potuisset autem ܩܢܘܡܐ optime adhiberi, sed hanc vocem Paulus nunquam hac significatione adhibuit. — Aliis locis, ubi formas reflexivas in versione non expressit, opinor eum pron. pers. simplex legisse, e. g. ܣܝܡܝܢ ܠܗܘܢ ܒܝܫܬܐ θησαυρίζουσιν αὐτοῖς κακά (non ἑαυτοῖς, ut in omnibus codd.) Prov. 1, 18, cfr. 2, 1, vel textum Syriacum corrigendum esse, e. g. Prov. 21, 2, ubi pro ܡܬܚܙܐ ܗܘ ܙܕܝܩܐ, quod Græce esset φαίνεται αὐτὸς δίκαιος, legendum est: ܡܬܚܙܐ ܗܘ ܠܗ ܙܕܝܩܐ φαίνεται ἑαυτῷ δίκαιος, cfr. Job. 5, 27.

§ 24. Pronomen relativum raro per nudum ܕ vertitur, e. g. ܐܢܬܬܐ ܕܐܚܝܬ ܒܪܗ ܕܝܠܗ ἡ γυνὴ ἧς ἐζωοποίησε τὸν υἱὸν αὐτῆς 4 Reg. 8, 5, cfr. 19, 21; sed ut plurimum per ܕ præcedente pronomine demonstrativo, pro quo, ut Syriace fieri solet, pronomen indefinitum (interrogativum) subinde usurpatur, e. g. ܒܐܘܪܚܐ ܐܝܢܐ ܕܐܬܐ ܒܗ τῇ ὁδῷ, ᾗ ἦλθεν ἐπ' αὐτῇ Es. 37, 34 (v. 29 autem ܒܐܘܪܚܐ ܗܝ ܕܐܬܝܬ ܒܗ), cfr. 30, 32; ܡܢ ܕܢܓܕܦ ὃς ἂν βλασφημήσῃ Dan. 3, 96, cfr. v. 6. 11; ܠܪܘܚܩܐ ܡܢ ܡܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ (sic legendum pro ܕܐܝܬ ܗܘܐ) μακρὰν ὑπὲρ ὃ ἦν Eccl. 7, 25, cfr. 2, 10. 8, 3. — Si pronomen relativum præpositione regitur, nullam certam regulam sequitur Paulus in vertendo; tum enim constructionem Græcam ad verbum exprimit, tum bene Syriace verba liberius transponit; sic ἡ κλίνη ἐφ' ἧς ἀνέβης 4 Reg. 1, 16 vertitur ܥܪܣܐ ܥܠ ܗܘ ܕܣܠܩܬ (cfr. Prov. 23, 35. Job. 1, 1), v. 4 vero: ܥܪܣܐ ܗܘ ܕܥܠܘܗܝ ܣܠܩܬ (cfr. 4 Reg. 6, 1. Job. 3, 3. 20, 18), et v. 6: ܥܪܣܐ ܕܥܠܘܗܝ ܣܠܩܬ.

§ 25. Pronomen indefinitum τίς separate positum in masculino et feminino semper per ܐܢܫ vertitur, in neutro autem per ܡܕܡ, e. g. ܓܒܪܐ ܐܢܫ ἄνθρωπός τις Job. 1, 1; ܐܢܫܝܢ ܓܒܪܐ τινὲς ἄνδρες Dan. 3, 12, cfr. Es. 66, 13. Jer. 37, 10. Dan. 14, 1. 13; ܠܐ ܢܡܘܣܝܐ ܡܕܡ ἄνομόν τι Job. 11, 14, cfr. 4, 18. Es. 57, 17. Ps. 8, 6. — Τίς in ὅςτις plerumque non vertitur, e. g. ܐܢܬܬܐ ܗܝ ܕܐܝܬܝܗ ἡ γυνὴ ἥτις ἐστὶ Eccl. 7, 27; ܟܣܦܐ ... ܗܘ ܕܐܬܥܠ ἀργύριον ... ὅ,τι εἰςενέχθη 4 Reg. 12, 16, cfr. Es. 60, 12. Ezech. 44, 15. Ps. 89, 4; interdum tamen ܐܢܫ pro eo ponitur, e. g. ܗܘ ܐܢܫ ܕܠܐ ܗܘܐ ὅςτις οὔπω ἐγένετο Eccl. 4, 3; ܐܢܫܝܢ ܕܡܙܕܗܪܝܢ ܗܘܘ ܡܢܝ οἵτινές με διευλαβοῦντο

Job. 6, 16, et nonnunquam pronomina indefinita pro eo adhiberi videntur, e. g. ܗܘ ܐܢܫܐ ܐܢ ܢܬܡܠܟ ὅςτις ἐὰν ἐπιστηριχθῇ (plerique codd. ὅς pro ὅςτις exhibent) Es. 36, 6; ܠܘܝܐ ܗܢܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܢܦܩܘ οἱ Λευῖται οἵτινες ἀφήλαντο Ezech. 44, 10; ܠܢܫ̈ܐ ܐܝܠܝܢ ܗܢܝܢ ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܗ̈ܘܝ τὰς γυναῖκας αἵτινες ἦσαν Jud. 21, 14 (simili modo in formula εἴ τι, quæ eandem vim habet atque ὅ,τι, e. g. ܗܘ ܡܐ ܕܛܒ ܕܝܠܗ ܘܗܘ ܡܐ ܕܫܦܝܪ ܕܝܠܗ εἴ τι τὸ ἀγαθὸν αὐτοῦ καὶ εἴ τι τὸ καλὸν αὐτοῦ Zach. 9, 17, cfr. Job. 14, 17, quam etiam legisse videtur Paulus Eccl. 1, 9: ܗܘ ܡܐ ܕܗܘܐ ... ܗܘ ܡܐ ܕܐܬܥܒܕ εἴ τι τὸ γεγονὸς ... εἴ τι τὸ πεποιημένον, nec ut in codd: τί τὸ γεγ .... τί τὸ πεπ.), cfr. Ezech. 47, 22. 48, 11. Sed dubito, num revera illa pronomina pro τίς posita dici possint; nam, ut supra (§ 4, 1. d.) vidimus, etiam post pronomina relativa nuda interdum inseruntur.

CAPUT SEXTUM.

De Numeralibus.

§ 26. Quum numeralia composita Syriace regulariter eundem ordinem teneant, quem Græce, nulla difficultas oritur in iis vertendis. Observandum est tantum, καί illud, quod in decade secunda inter numerale majus ét minus intercedit, Syriace semper omitti, quod non potuit retineri, nisi plane novæ formæ illorum numeralium essent formandæ, e. g. ܬܡܢܬܥܣܪ ὀκτωκαίδεκα etc. E contrario autem ܘ inter cetera numeralia inseri videtur, ubi καί Græce deest, e. g. ܬܠܬܐ ܐܠܦ̈ܝܢ ܘܥܣܪܝܢ ܘܬܠܬܐ τριςχιλίους καὶ εἴκοσι τρεῖς Jer. 52, 28; ܬܡܢܡܐܐ ܘܬܠܬܝܢ ܘܬܪܝܢ ὀκτακοσίας τριάκοντα δύο Jer. 52, 29, cfr. Ezech. 40, 25. 29. 33. Dan. 8, 14. 9, 26. 12, 12. Quum autem locis plerisque unus vel plures codicum Hexaplarium in ejusmodi compositionibus καί inter singula numeralia inserant (cfr. 4 Reg. 15, 2. Jer. 50, 23. Ezech. 40, 21 al.), dubito, an hoc juxta analogiam codicis Hebræi in Hexaplis semper factum sit.

Annot. Etiam ubi versio LXX ordinem numeralium Hebraicum retinet, hic Syriace servatur, e. g. ܒܫܢܬܐ ܕܬܠܬ ܘܥܣܪܝܢ ἐν ἔτει τρίτῳ καὶ εἰκοστῷ Jer. 52, 30; ܒܐܪܒܥܐ ܘܥܣܪܝܢ ܕܝܪܚܐ ἐν τῇ τετράδι καὶ εἰκάδι τοῦ μηνός Jer. 52, 31. Tamen hoc in decade secunda non fieri videtur, si numerale majus Græce priorem locum tenet; vertitur enim δεκαοκτὼ ἔτη ܬܡܢܬܥܣܪܐ ܫܢ̈ܝܢ Jud.

3, 14. Sed nihil certi hac de re proferre possum, quia omnibus aliis locis, ubi tales numeralium formæ occurrunt, aliqui codices formas vulgares exhibent, quas tunc opinari possis, Paulum in suo codice legisse (vid. Jud. 8, 10. 4 Reg. 1, 17. Es. 38, 5. Ezech. 40, 11. 43, 17).

CAPUT SEPTIMUM.

De Verbis.

§ 27. 1) Verbum *ζάω* in indicativo et participio præsentis non per participium verbi ܚܝܳܐ vertitur, sed per adjectivum ܚܝ, e. g. ܚܝ ܗܘ ܡܪܝܐ ܘܚܝܐ ܢܦܫܐ ܕܝܠܟ *ζῇ Κύριος, καὶ ζῇ ἡ ψυχή σου* 4 Reg. 2, 2. 4. 6; ܚܝ ܐܢܐ ܐܢܐ *ζῶ ἐγώ* Es. 49, 18. Jer. 22, 24. Ezech. 14, 16. 18 sæp. (sic et legendum est Ezech. 5, 11 pro ܚܝ ܐܢܐ); ܪ̈ܫܝܥܐ ܚܝܝܢ *ἀσεβεῖς ζῶσι* Job. 21, 7, cfr. Ps. 37, 20; ܠܐܠܗܐ ܚܝܐ *τὸν θεὸν ζῶντα* 4 Reg. 19, 4. 16; ܒܪܢܫܐ ܕܚܝ *ἄνθρωπος ζῶν* Thren. 3, 39, cfr. Ps. 142, 2. Eccl. 7, 3; ܡ̈ܝܐ ܚ̈ܝܐ *ὕδωρ ζῶν* Zach. 14, 8. Cant. 4, 15. — In omnibus autem reliquis temporibus verbum ܚܝܐ adhibetur, etiam in futuro, ubi quasi præsens vertitur, e. g. ܠܐ ܚܳܝܐ ܐܢܬ *οὐ ζήσῃ* Es. 38, 1, cfr. 4 Reg. 1, 2. 8, 8. 9. 10. Job. 7, 16. 14, 14.

2) Nonnulla sunt participia, quæ sensu verbali omnino destituta sunt, ideoque ut formæ verbales non vertuntur, sic *ἄρχων* ܫܠܝܛܢܐ Es. 22, 18 sæp.; *ἡγούμενος* ܫܠܝܛܢܐ Ezech. 19, 11. Mich. 7, 5 sæp., rarius ܫܠܝܛܐ 4 Reg. 20, 5; *ὑπάρχοντα* ܡܩ̈ܢܝܬܐ Prov. 11, 4. Eccl. 5, 18. 6, 2; *ἐχόμενος* ܩܪܝܒ ܠܘܬ, e. g. ܐܪܒܥܐ ܓܝ̈ܓܠܐ ... ܩܪ̈ܝܒܝܢ ܠܘܬ ܟܪ̈ܘܒܐ ܓܝܓܠܐ ܚܕ ܩܪܝܒ ܠܘܬ ܟܪܘܒܐ ܚܕ *τέσσαρες τροχοὶ ... ἐχόμενοι τῶν χερουβὶμ, τροχὸς εἷς ἐχόμενος χερουβ ἑνός* Ezech. 10, 9, cfr. 1, 19. 10, 6. 19. Am. 2, 8. Job. 1, 14 sæp.; interdum etiam vertitur ܡܩܒܠܐ Ezech. 48, 21. Ps. 67, 26; ܠܘܬ Ezech. 9, 2. Ps. 93, 15; ܡܩܒܠܐ ܠܘܬ Ezech. 43, 6; ܠܘܩܒܠ Ezech. 3, 13 (sed suspicor Paulum locis duobus posterioribus *ἐχόμενα πρός* et *ἐξεναντίας* legisse). Non desunt tamen exempla, ubi *τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ* vertitur ܗܠܝܢ ܕܐܝܬ ܠܗ, Job. 2, 3. 18, 7. 20, 29. 21, 19, et ܗܠܝܢ ܕܩܿܢܝܢܐ, Ezech. 26, 12. Job. 20, 20 (ubi legendum est ܕܩܿܢܝܢܐ pro ܕܩܼܢܝܢܐ), et *ἐχόμενος* per participium ܡܩܪܒ, Ezech. 1, 9. 15. 10, 16. 43, 8. 48, 13. — Indicativum *ὄφελον* semper per interjectionem ܠܘܝ vertitur, e. g. 4 Reg. 5, 3. Ps. 118, 5 al.

3) Participia non raro per nomina verbalia ex participiis formata vertuntur, et si objectum accusativum habent, hoc in genitivo iis annectitur, e.

g. ܢܬܟܬܒܘܢ ... ܡܬܪܚܩܢܐ ἀφεστηκότες ... γραφήτωσαν Jer. 17, 13; ܡܪܝܡܢܐ ܕܝܠܝ ὁ ὑψῶν με Ps. 9, 15; ܡܢ ܐܝܕܐ ܕܡܥܠܒܢܐ ܕܝܠܗ ἐκ χειρὸς ἀδικοῦντος αὐτόν Jer. 22, 3*). Quod mera incuria, non secundum regulam aliquam factum esse, ostendit ea res, quod participia et nomina in iisdem juncturis verborum promiscue usurpantur, sic οἱ θλίβοντες αὐτούς vertitur ܐܠܘܨܝܗܘܢ Es. 19, 20, sed ܗܢܘܢ ܕܐܠܨܝܢ ܠܗܘܢ Jer. 30, 20. Plura exempla vide sub participiis (§ 36, Ann. II, cfr. Ann. I).

§ 28. *De Formis.* 1) Translatio formarum Græcarum ex significatione pendet. Idcirco forma *activa* non necesse est per conjugationem activam Syriace reddatur, etsi plerumque ita fit, sed etiam conjugationes passivæ (reflexivæ) Activo exprimendo inserviunt, e. g. ܐܬܝܕܥ ἐπιγινώσκω, ܐܬܕܟܪ μνημονεύω.

2) *Passivum* Græcum Syriace regulariter vertitur per conjugationem passivam ei conjugationi respondentem, per quam Activum exprimi solet, h. e. si Activum per Peal, Passivum per Ethpeel vertitur, e. g. ܗܘ ܕܡܢܐ ὁ ἀριθμῶν Job. 38, 37, ܠܐ ܡܬܡܢܝܢܐ οὐκ ἀριθμηθήσεται Jer. 33, 22, sic et in reliquis conjugationibus, e. g. ܢܛܢܦܘܢ μιανοῦσι Ezech. 7, 22, ܢܬܛܢܦܘܢ μιανθήσονται Ezech. 7, 24; ܐܡܝܬܢܝ θανάτωσόν με Jud. 9, 54, ܡܬܡܝܬܝܢܢ θανατούμεθα Ps. 43, 22; ܗܘ ܕܡܦܨܐ ὁ σώζων Es. 43, 3, ܡܬܦܨܐ σώζεται Ps. 32, 16.

3) Quod de Passivo dictum est etiam de *Medio* valet, ubi sensu strictiore reflexivum est, ut per conjugationes reflexivas activis respondentes reddatur, e. g. ܛܝܒܘ παρασκευάσατε Jer. 46, 9, ܐܬܛܝܒܘ παρασκευάσασθε Jer. 6, 4; ܢܢܝܚܟ ἀναπαύσει σε Prov. 29, 17, ܐܬܬܢܝܚܬ ἀνεπαυσάμην Job. 3, 13. Sin autem Medium non est proprie reflexivum, sed deponens (h. e. si relationem tantum actionis ad subjectum denotat), Paulus id ab Activo in vertendo non distinguit, e. g. ܢܥܒܕ ποιήσει Es. 44, 28, sed ποιήσεται Nah. 1, 8. 9; ܢܬܦܢܘܢ ἐπιστρέψωσι Es. 6, 10, ἐπιστραφήσονται Es. 19, 22.

4) Non tamen semper Paulus, neque in Passivo neque in Medio vertendo, conjugationes passivas vel reflexivas activæ formaliter congruas elegit vel eligere potuit, quia illæ conjugationes minus erant usitatæ vel significa-

---

*) Semel tale nomen verbale cum accusativo conjunctum repperi: ܠܐ ܗܘܐ ܡܦܪܩܢܐ ܚܛܘܦܝܐ οὐκ ἦν ἐξαιρούμενος ἅρπαγμα Es. 42, 22; sed suspicor ܕ ante ܚܛܘܦܝܐ a scriba mendose omissum esse.

tionem habebant Passivo et Medio non respondentem, itaque alia conjugatio atque adeo alia radix quærenda erat, quæ formam Græcam referret. Item necesse erat, eandem formam Græcam, ubi tum active vel transitive, tum passive vel intransitive adhibetur, sive hoc de omnibus sive de nonnullis tantum temporibus valet, pro significatione varie verteret, e. g. ܡܘܒܫ ܐܢܐ *ξηραίνω* Ezech. 17, 24, ܡܐܒܫ ܢܐܒܫ *ξηραινόμενος ξηρανθήσεται* Zach. 11, 17; ܐܘܒܕܬܝ *ἀπολώλεκας* Es. 49, 20, ܐܒܕ *ἀπόλωλε* Ezech. 12, 22, ܢܐܒܕ *ἀπολεῖται* Job. 8, 13; ܐܣܚܬܟܝ *ἔλουσά σε* Ezech. 16, 9, ܐܣܬܚܠܬܝ *ἐλούθης* Ezech. 16, 4, ܣܚܘ *λούσασθε* Es. 1, 16; ܐܠܒܫܢܝ *ἐνέδυσέ με* Es. 61, 10, ܠܒܝܫ ܗܘܝܬ *ἐνεδεδύκειν* Job. 29, 14 et *ἐνεδυόμην* Ps. 34, 13, ܠܒܫܬ *ἐνεδύσατο* Prov. 31, 25; ܐܟܠܝ *ἀπέσχηκε* Joel. 1, 13, ܟܠܝܐ *ἀπέχει* Es. 55, 9, ܐܝܕܟ ܐܟܠܝ *τὴν χεῖρά σου ἀπέχου* Job. 13, 21, ܐܬܟܠܝ ܡܢ ܥܘܠܐ *ἀπέχου ἀπὸ ἀδίκου* Es. 54, 14; ܢܛܪ ܐܢܬ *φυλάσσεις* Job. 10, 14, ܡܬܢܛܪ ܗܘܐ *ἐφυλάσσετο* (custodiebatur) Jer. 32, 2, ܐܢ ܢܛܪܝܢ ܗܘܘ ܐܢܘܢ ܕܢܛܪܘ *εἰ φυλάσσονται* (custodiunt sibi) ... *ὃν τρόπον ἐφύλαξαν* Jud. 2, 22, sed ܐܙܕܗܪ *ἐφυλάξατο* (h. e. cavit) Ezech. 33, 5.

Annot. I. Perfectum et plusquamperfectum Passivi et Medii reflexivi regulariter non per conjugationem passivam, sed per participium passivum conjugationis activæ vertuntur, e. g. ܥܩܪܐ ܡܦܬܚܐ *ἡ ῥίζα διήνοικται* Job. 29, 19; ܡܛܝܒ ܡܪܝܐ *παρατέτακται Κύριος* Zach. 1, 6; ܦܬܝܚ ܗܘܐ *ἀνέῳκτο* Job. 31, 32. Eodem modo etiam nonnunquam exprimitur præsens et perfectum verborum intransitivorum, de quo vid. infra.

Annot. II. Semel Passivum, cujus significatio omnino passiva est, Syriace per conj. activam translatum repperi: ܡܘܬܪܐ ܗܘ ܠܡܬܐܡܪ ܠܟ *κρεῖσσον τὸ ῥηθῆναί σοι* Prov. 25, 7 (fortasse mendum est scribæ pro ܠܡܬܐܡܪܘ). Ps. 18, 12: ܡܐ ܕܡܬܢܛܪܝܢ ܦܘܪܥܢܐ ܣܓܝܐܐ non cum omnibus codd. Græcis verti potest: *ἐν τῷ φυλάσσειν αὐτά*, sed *ἐν τῷ φυλάσσεσθαι αὐτὰ ἀνταπόδοσις πολλή.*

De Modis et Temporibus. § 29. Quum quinque temporum formas habeat lingua Syriaca (Præs. Impf. Perf. Plusqpf. Futur.), itàque Aoristo soli ex Græcis temporum formis nulla forma peculiaris Syriace respondeat, primo obtutu translatio verborum facillima videri possit. Quum vero in Syriaca, ut in ceteris linguis Semiticis, eædem formæ verborum, quæ tempora exprimunt, etiam modis exprimendis inserviant, et usus illorum modorum (Infinitivi et Imperativi), quos præter illas formas habet lingua Syriaca,

in hac finibus multo arctioribus sit inclusus quam in Græca, ita ut in versione sæpe per alios modos circumscribendi sint, quo accedit, quod apud Græcos idem tempus per singulos modos eandem significationem temporalem non retinet: necesse est difficultas non exigua oriatur in verbis accurate vertendis; quin, si indicativum exceperis, pauci erunt loci, ubi sine omni dubitatione statuere possis, quem modum quodve tempus Paulus ante oculos habuerit. Easdem ob causas non potuimus modos et tempora seorsim tractare, sed in singulis modis percensendis versionem singulorum temporum definiemus.

§ 30. 1) *Indicativus* per singula tempora hoc modo vertitur. Præsens in omnibus formis per participium exprimitur, cui postponitur pronomen personale in prima et secunda persona, non autem in tertia*). Ex præsenti Imperfectum formatur, verbo substantivo (ܗܘܐ) post participium ponendo. Perfectum activum et medium deponens per præteritum, passivum vero et medium reflexivum per participium passivum conjugationis activæ, sequente pronomine personali in prima et secunda persona, vertitur**). Plusquamperfectum ex perfecto formatur, postposito verbo substantivo. Futurum per futurum, Aoristus primus et secundus, quorum nullum discrimen Paulus facere potest, per præteritum exprimuntur. E. g. ܐܢܐ ܦܬܚ ܐܢܐ ... ܘܐܣܩܟܘܢ ἐγὼ ἀνοίγω ... καὶ ἀνάξω ὑμᾶς Ezech. 37, 12, cfr. Es. 46, 7. Mich. 7, 6; ܡܬܦܬܚܝܢ ܬܪܥܐ ... ܬܪ̈ܥܐ ܚܙܘ ἀνοίγονται πύλαι ... πυλωροὶ ἔπτηξαν Job. 38, 17; ܝܬܒܬ ܪܝܫܐ ܘܫܪܐ ܗܘܝܬ ἐκάθισα ἄρχων καὶ κατεσκήνουν Job. 29, 25, cfr. Es. 1, 29. Dan. 5, 23. Prov. 1, 24; ܫܡܥܬ ... ܘܕܚܠܬ ... ܬܬܝܕܥ εἰσακήκοα ... καὶ ἐφοβήθην ... γνωσθήσῃ Hab. 1, 2; ܡܗܠܟܐ ܗܘܬ . ܘܚܕ ܡܢܗܘܢ ܕܩܫܝ̈ܫܐ ܐܬܐ ܗܘܐ ܘܗܐ ܗܘ ܐܚܪܢܐ ܬܘܒ ܐܬܐ περιεπάτει, καὶ ὁ εἷς τῶν πρεσβυτέρων ἐληλύθει, καὶ ἰδοὺ ὁ ἕτερος ἔτι παρεγένετο Dan. 13, 13; ܡܢܝܐ ܐܬܚܫܒܬ ἠρίθμηται, κατελογίσθη Dan. 5, 17; ܚܫܟܝ̈ ... ܥܝ̈ܢܝ ܒܠܝ̈ ܚܒܝܫ ܐܢܐ πεπώρωνται ... οἱ ὀφθαλμοί μου, πεπολιόρκημαι Job. 17, 7, cfr. 19, 27. 38, 18. Es. 43, 7. Am. 9, 12; ܡܛܝܒܐ ܗܘܬ ἡτοίμαστο Job. 12, 5.

Annot. Si quod tempus Græce significationem alius temporis habet, necesse

*) Lapsus esse calami videtur, quod scribit *Plüschke* (De Psalter. Syr. Mediol. p. 21), pronomen personale participio addi „præterquam in tertia persona *singularis*"; inter exempla saltem, quæ ipse protulit, jam primum (ܐܡܪܝܢ λέγουσι) demonstrat, pronomen etiam in tertia persone *plurali* omitti, quod Paulus in vertendo semper observat.

**) Ita lingua Syriaca perfectum passivum ab aoristo acutissime distinguit.

est quasi hoc vertatur. Sic ea verba, quæ in perfecto et plusquamperfecto vim præsentis et imperfecti habent, Syriace quasi hæc tempora vertuntur, e. g. ܩܳܐܶܡ ܐܢܐ ἕστηκα Cant. 2, 9, ἕσταμαι Job. 31, 6, ܩܳܐܶܡ ܗܘܐ εἱστήκει 4 Reg. 11, 14. Es. 6, 2; ܝܳܕܰܥ ܐܢܐ οἶδα 4 Reg. 8, 12, ܝܳܕܰܥ ܗܘܰܝܬ ἤδειν Job. 23, 17. Verba ejusmodi tamen, quæ rarius occurrunt, tanta inconstantia vertit Paulus, ut ea parum cognovisse videatur. Tum enim participium activum (h. e. præsens) pro iis ponit, tum part. pass. (h. e. vertit ea ut interdum perfecta intransitivorum), tum præteritum, e. g. ܩܘܠ̈ܒܐ ܕܚܺܝ̈ܠܝܢ κλεῖθρα δεδοίκασι Job. 26, 13, ܕܚܺܝܠܺܝܢ δεδοίκασι Job. 38, 40, ܕܚܺܝܠܰܬ δέδοικας Job. 41, 2 (ܕܚܺܝܠ ܗܘܰܝܬ ἐδεδοίκειν Job. 31, 35); ܩܳܥܶܝܢ κεκράγασι Job. 38, 41, ܩܥܳܬ κέκραγε Es. 15, 4, cfr. Job. 30, 20 (ܩܳܥܶܝܢ ܗܘܰܘ ἐκέκραγον Es. 6, 3. 4). — *Κεῖμαι* cum compositis et *πέποιθα*, quæ nos in perf. et plusqpf. vim præsentis et imperfecti habere dicimus, a Paulo ut perf. et plusqpf. vertuntur, e. g. ܣܺܝܡܳܐ κεῖται Job. 34, 23, not. b, ܣܺܝܡܺܝܢ ܗܘܰܘ ἔκειντο 4 Reg. 8, 11, ܣܺܝܡ ܗܘܳܐ ὑπέκειτο Job. 16, 4; ܬܟܺܝܠܰܬ πέποιθας Job. 39, 11, ܬܟܺܝܠܺܝܢ πεποίθαμεν (peraro πέποιθα vertitur ܐܬܬܟܶܠ, ut 4 Reg. 18, 19. 20. 21), ܬܟܺܝܠ ܗܘܳܐ ἐπεποίθει Es. 30, 32, cfr. Zeph. 3, 2.

2) Si Syriace participium activum et passivum ejusdem verbi eandem habet significationem, Paulus utroque pro præsenti Græco promiscue uti solet, quamquam ut plurimum part. activ. frequentius adhibet, e. g. ܩܳܪܒܳܐ ܕܺܝܢܳܐ ἐγγίζει ἡ κρίσις Es. 41, 21, cfr. 26, 17. 29, 13. Prov. 10, 14 al., sed ܩܪܺܝܒܳܐ ܙܰܕܺܝܩܽܘܬܝ ܠܡܶܐܬܳܐ ἐγγίζει ἡ δικαιοσύνη μου Es. 51, 5; ܝܳܬܒܺܝܢ κάθηνται Job. 38, 40, sed ܝܬܺܝܒܺܝܢܰܢ καθήμεθα 4 Reg. 7, 3; ܪ̈ܓܺܝܓܺܝܢ ἐπιθυμοῦσι Es. 58, 2, sed ܪܳܓܶܓ ἐπιθυμεῖ Prov. 21, 26, cfr. Es. 26, 9. Am. 5, 18; ܐܚܺܝܕ κρατεῖ Job. 9, 19, ܐܳܚܕܺܝܢ κρατοῦσι Prov. 8, 16; ܕܳܡܶܟ ܐܢܬ Ps. 43, 23 et ܕܡܺܝܟ ܐܢܬ Prov. 6, 10: ὑπνοῖς. — Interdum etiam, ubi reliqua tempora per conjug. passivam, præsens per part. pass. conjugationis activæ vertitur, e. g. ܐܰܒܺܝܠܺܝܢ ܐܢܬܘܢ πενθεῖτε Es. 66, 10, cfr. Thren. 1, 4, sed ܢܶܬܐܰܒܠܽܘܢ πενθήσουσι Es. 3, 26, ܐܶܬܐܰܒܠܘ ἐπένθησαν Hos. 10, 5; ܡܫܟܚ ܐܢܐ δύναμαι Es. 29, 11, cfr. 28, 20. Ps. 77, 20 (sic et legendum est pro ܡܫܟܚ Prov. 26, 15. Job. 42, 2), sed ܢܶܫܬܟܰܚ et ܡܶܫܬܟܚܳܐ δυνήσεται Eccl. 1, 8. 15, ܐܶܫܬܟܰܚܘ ἠδυνήθησαν Es. 7, 1. Apparet, omnia hæc exempla, etsi in iis præsens eodem modo atque perfectum passivum translatum est, non facile dubitationem movere posse, utrum

præsens an perfectum legerit Paulus, ita ut hæc irregularitas nihil obscuritatis versioni ejus afferat.

Annot. Perraro pro præsenti futurum repperi, ut ܣܝ̈ܓܐ ܢܬܬܚܦܩܘܢ *οἱ φραγμοὶ κατασκάπτονται* Prov. 24, 31; ܐܢ ܕܝܢ ܬܐܡܪܘܢ *εἰ δὲ λέγετε* Es. 36, 7; ܠܓܒܪܐ ܕܕܡ̈ܐ ܢܣܠܝܘܗܝ ܡܪܝܐ *ἄνδρα αἱμάτων βδελύσσεται Κύριος* Ps. 5, 7; sed suspicor, Paulum non indicativum sed conjunctivum præsentis (*λέγητε*) vel futurum (*κατασκάψονται, βδελύξεται*) legisse.

3) Imperfectum quum ex præsenti formetur, necesse est per idem participium exprimatur, atque præsens, unde non raro per part. pass. sequente ܗܘܐ vertitur, e. g. ܝܬܝܒ ܗܘܐ *ἐκάθητο* 4 Reg. 1, 9 (sed idem ܝܬܒ ܗܘܐ vertitur, 4 Reg. 2, 18. 4, 38. 6, 32); ܡܨܝܢ ܗܘܘ *ἐδύναντο* Es. 59, 14, cfr. Jer. 38, 5. — Ubi imperfecta plura eodem prædita subjecto per *καί* immediate sunt conjuncta, et actiones eorum simultaneæ sunt, ܗܘܐ post primum tantum participium ponitur, post reliqua subauditur, e. g. ܐܙܠܝܢ ܗܘܘ ܘܡܡܠܠܝܢ *ἐπορεύοντο καὶ ἐλάλουν* 4 Reg. 2, 11; ܡܕܒܚ ܗܘܐ ܘܡܒܣܡ *ἐθυσίαζε καὶ ἐθυμία* 4 Reg. 16, 4, cfr. 15, 35. Jud. 5, 28. 6, 29. Ezech. 1, 14. Semel ܗܘܐ verbo posteriori postpositum et post prius subintellectum repperi: ܩܣܡܝܢ ܘܡܢܚܫܝܢ ܗܘܘ *ἐμαντεύοντο καὶ οἰωνίζοντο* 4 Reg. 17, 17. — Sin autem actiones non sunt simultaneæ, vel plures voces inter verba intercedunt, ܗܘܐ repetitur, e. g. ܚܙܐ ܗܘܐ ܘܩܥܐ ܗܘܐ *ἑώρα καὶ ἐβόα* 4 Reg. 2, 12; ܥܠ ܪ̈ܫܝ ܛܘܪ̈ܐ ܡܕܒܚܝܢ ܗܘܘ ܘܥܠ ܪ̈ܡܬܐ ܕܒܚܝܢ ܗܘܘ *ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων ἐθυσίαζον καὶ ἐπὶ τοὺς βουνοὺς ἔθυον* Hos. 4, 13, cfr. v. 14 (ubi pro ܕܒܚܝܢ legendum est ܕܒܚܝܢ vel ܡܕܒܚܝܢ), 11, 2. 4 Reg. 16, 5. Prov. 8, 31.

4) Non solum ea perfecta activa, quæ significationem passivam habent, per part. pass. vertuntur (ut ܩܒܝܥ *πέπηγε* Job. 41, 15, cfr. 38, 6), sed etiam intransitiva nonnunquam ita vertuntur, e. g. ܢܦܠܝܢ ܥܠܝ *ἐπιπεπτώκασί με* Job. 6, 16 (sed ܢܦܠܬ *πέπτωκα* Mich. 7, 8, cfr. Es. 9, 10. Zach. 11, 2); ܐܬܝܢ *ἥκασι* 4 Reg. 20, 14 (plerumque *ἥκα* vertitur ܐܬܝܬ); ܬܟܝܠܢܐ *πέποιθα*, vid. 1, Annot. — Raro perfectum passivum per præteritum (h. e. eodem modo quo aoristus) vertitur, ut ܐܫܬܪܝܬ *λέλυται* Es. 40, 2; ܐܬܥܩܪ *ἐξῆρται* Joel. 1, 9; ܐܬܝܠܕܬ *γεγέννησαι* Job. 38, 21.

5) Plusquamperfectum, etsi regulariter per præteritum sequente ܗܘܐ vertendum erat, tamen sæpissime eodem modo atque imperfectum, h. e. per participium sequente ܗܘܐ, exprimitur (cum quo usu compares, quod aoristus

etiam, ubi vim habet plusquamperfecti conjunctivi Latinorum, quasi impf. vertitur, vid. 7.), e. g. ܗܘܝܐ ܗܘܬ *ἐγεγόνει* Job. 4, 12; ܪܚܡܐ ܗܘܬ *ἠγαπήκει* Jer. 2, 25, cfr. Job. 19, 19. 29, 14.

6) Futurum sæpissime quasi præsens vertitur, ubi actio futura omnino certa et indubitata sistitur, e. g. ܢܦܠܬ ܘܩܝܡܐ ܐܢܐ *πέπτωκα καὶ ἀναστήσομαι* Mich. 7, 8; ܢܟܪܙܘܢ ܗܠܝܢ ܕܓܕܫܢ *ἀγγειλάτωσαν ἃ συμβήσεται* Es. 41, 22; ܡܐܬ ܐܢܬ ܘܠܐ ܚܝܐ ܐܢܬ *ἀποθνήσκεις, καὶ οὐ ζήσῃ* 4 Reg. 20, 1, cfr. 5, 12. 6, 3. 7, 9. Ezech. 36, 33 al.; imprimis hoc fit, ubi apodosis in futuro posita, si evenerit quod in protasi est præsumptum, certo locum habebit, e. g. ܐܢ ܠܐ ܐܝܬ ܠܟ ... ܢܣܒܝܢ *ἐὰν μὴ ἔχῃς ... λήψονται* Prov. 22, 27; ܐܢ ܬܩܘܡ ... ܡܬܚܙܐ *ἐὰν ἐπιστήσῃς ... φανεῖται* Prov. 23, 5, cfr. 4 Reg. 7, 12. Dan. 2, 9. 3, 15; sed etiam participium pro futuro occurrit, ubi nulla ejusmodi causa apparet, e. g. ܡܢܘ ܡܟܪܙ *τίς ἀναγγελεῖ* Es. 41, 26, cfr. 42, 23. Prov. 23, 35. Paulum autem non secundum regulas, sed pro mero arbitrio futurum hoc modo transtulisse, non tantum demonstrant exempla frequentissima, ubi futurum in juncturis, quæ ab iis non differunt, quas supra protuli, per futurum vertit, sed imprimis loci ut ܐܢ ܐܡܪܝܢ ܚܢܢ ... ܡܝܬܝܢ ܚܢܢ. ܘܐܢ ܝܬܒܝܢ ܚܢܢ ܗܪܟܐ ܐܦ ܡܝܬܝܢ ܚܢܢ ... ܐܢ ܡܚܝܝܢ ܠܢ ܐܦ ܢܚܐ. ܘܐܢ ܡܡܝܬܝܢ ܠܢ ܢܡܘܬ *ἐὰν εἴπωμεν ... ἀποθανούμεθα, καὶ ἐὰν καθίσωμεν ὧδε, καὶ ἀποθανούμεθα ... ἐὰν ζωογονήσωσιν ἡμᾶς, καὶ ζήσομεν, καὶ ἐὰν θανατώσωσιν ἡμᾶς, ἀποθανούμεθα* 4 Reg. 7, 4; ibi enim videas futurum duobus locis prioribus per participium, duobus posterioribus per futurum translatum, cfr. 4 Reg. 18, 21.

Annot. Ubi futurum notionem habet futuri in præterito, evenit, ut per imperfectum vertatur: ܠܘܝ ܗܘܐ ܡܪܝ ܕܝܠܝ ܩܕܡ ܢܒܝܐ ... ܗܝܕܝܢ ܡܟܢܫ ܗܘܐ *ὄφελον ἐγένετο ὁ κύριός μου ἐνώπιον τοῦ προφήτου ... τότε ἀποσυνάξει* (collecturus erat) 4 Reg. 5, 3 (alibi autem per præsens: ܠܘ ܣܝܡܐ ܗܘܐ ܢܦܫܐ ܕܝܠܟܘܢ ... ܗܝܕܝܢ ܡܗܪ ܐܢܐ *εἰ ὑπέκειτο ἡ ψυχὴ ὑμῶν ... εἶτα ἐναλοῦμαι* Job. 16, 4. 5, vel futurum, Job. 30, 24); sed dubito, an potius Aor. Opt. *ἀποσυνάξειε* legendus sit, cfr. § 31, Ann. III.

7) Aoristus cum *ἂν* in apodosi post protasin hypotheticam, qui illud significat, quod sub conditione protaseos factum esset (i. q. Latinorum impf. et plusqpf. conj.), semper quasi imperfectum vertitur, e. g. ܠܘ ܡܚܝܬ ... ܗܝܕܝܢ ܡܚܐ ܗܘܝܬ *εἰ ἐπάταξας ... τότε ἂν ἐπάταξας* 4 Reg. 13, 19; ܠܘ ܐܙܠܝܢ ܗܘܘ ܒܫܒܝܠܐ ܛܒܬܐ ܡܫܟܚܝܢ ܗܘܘ *εἰ ἐπορεύοντο τρίβους ἀγαθάς, εὗρο-*

σαν ἄν Prov. 2, 20, cfr. Jud. 8, 19. 13, 23. 14, 18. Es. 1, 9. 48, 18. 19. Ezech. 3, 6. Ps. 80, 14. 15. 118, 92. 123, 2. 3. Job. 3, 10. 4, 12. — Simili modo aoristus, ubi vim habet futuri in præterito, per imperfectum vertitur 4 Reg. 3, 27: ܢܣܒ ܠܒܪܗ ܕܝܠܗ ܗܘ ܕܡܡܠܟ ܗܘܐ ܚܠܦܘܗܝ *ἔλαβε τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ὃς ἐβασίλευσεν* (Hebr. אֲשֶׁר יִמְלֹךְ) *ἀντ' αὐτοῦ* *).

Annot I. Dubito num Paulus hunc aoristum per impf. vertat, ubi nullum *ἄν* extat, quod quidem colligere possis ex loco Ps. 93, 17: ܐܠܘ ܠܐ ܡܛܠ ܕܡܪܝܐ ܥܕܪܢܝ ܩܠܝܠ ܥܡܪܐ ܗܘܬ *εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἐβοήθησέ μοι, παραβραχὺ παρῴκησε* (tamen unus codex: *παρῴκησε ἄν*), sed contrarium prodire videtur ex Job. 3, 22: ܚܕܝܐ ܕܝܢ ܗܘܘ ܐܢ ܡܫܟܚܝܢ ܠܗ *περιχαρεῖς δὲ ἐγένοντο, ἐὰν κατατύχωσι αὐτῷ*, cfr. Ps. 123, 2—4, sicut ex ea re, quod aoristum in protasi, qui tamen eandem vim habet atque in apodosi, semper per præteritum vertit, unde apparet, non significationem solam eum impulisse, ut aoristum ita verteret.

Annot. II. Minus accurate aoristus, ubi arcte cum imperfecto est conjunctus, ita ut contextus ei quodammodo vim imperfecti tribuat, quasi impf. vertitur: ܐܝܟ ܕܡܫܬܠܡܝܢ ܗܘܘ ܝܘܡܬܐ ܕܡܫܬܘܬܐ ܡܫܕܪ ܗܘܐ ܘܡܕܟܐ ܗܘܐ *ὡς ἂν συνετελέσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ πότου, ἀπέστελλεν καὶ ἐκαθάρισεν* Job. 1, 5. Eadem sine dubio causa fuit vertendi *ἠμφιασάμην* ܡܬܥܛܦܐ ܗܘܝܬ (non ܐܬܥܛܦܬ) Job. 29, 14, quia verba hoc circumdantia imperfecta sunt, nisi forte Paulus plusqpf. *ἠμφιέσμην* legit, quod tunc quasi impf. vertit; sed dubito num ita sit, nam nunquam alibi plusqpf. passivum per impf. translatum repperi.

Annot. III. Dubius sum, num unquam aoristus, ubi vim habet plusquamperfecti, quasi plusqpf. per præteritum sequente ܗܘܐ vertatur **); legitur quidem: ܗܢܘܢ ܕܥܒܕܘ ܘܗܢܘܢ ܕܥܒܕܘ ܗܘܘ ... ܘܥܒܕܘ *ὅσοι ἐποίησαν, καὶ*

---

*) Eodem modo aoristus vertitur in recensione Harklensi Luc. 8, 42: ܘܗܝ ܡܝܬܐ ܗܘܬ pro *καὶ αὐτὴ ἀπέθνησκε.*

**) *Bernstein* quidem, vir inter eos, qui harum literarum nostro ævo periti sunt, facile primus (in Zeitschr. der deutschen morgenl. Gesellsch. III, p. 420) censet, 4 Reg. 18, 16 lectionem Barhebræi ܐܚܕܗ ܗܘܐ præ ܐܚܕܗ, quam exhibet editio *Middeldorpfii*, præferendam esse, quia Græce *ἐχύρωσε* notionem plusquamperfecti habet; sed hoc contra eam regulam est, quam secutus est Paulus in aoristo vertendo, cfr. 4 Reg. 1, 17. 3, 2. 3. 11, 9. 16, 11. 17, 19. 23 sæp.

ὅσοι ἠμφιέσαντο ... καὶ ᾠκοδόμησαν 4 Reg. 17, 8. 9, sed suspicor, illud ܗܘܘ post ܠܒܫܘ mendum scribæ esse; alioquin sine dubio etiam post reliqua præterita, quibus eadem vis plusquamperfecti inest, additum fuisset*), cfr. Jud. 19, 14.

§ 51. *Conjunctivus* et *Optativus* per omnia tempora Syriace per futurum vertuntur, e. g. ܐܢ ܬܥܒܪ ܒܝܬ ܡܝܐ ... ܐܢ ܬܥܒܪ ܒܝܬ ܢܘܪܐ ἐὰν διαβαίνῃς δἰ ὕδατος ... ἐὰν διέλθῃς διὰ πυρός Es. 43, 2; ܐܝܟܢܐ ܕܬܗܠܟܘܢ ... ܘܬܛܪܘܢ ἵνα πορεύησθε ... καὶ φυλάξησθε Ezech. 36, 27, cfr. Es. 1, 19. Jer. 12, 16. Prov. 24, 34. Cant. 8, 4; ܐܢ ܐܢܫ ܢܫܓܫ ܘܢܛܢܦ εἴ τις φράσσοι καὶ λυμαίνοιτο Prov. 25, 26; ܗܟܢܐ ܢܥܒܕ ܘܗܟܢܐ ܢܘܣܦ τάδε ποιήσαι καὶ τάδε προςθείη 4 Reg. 6, 31, cfr. Jud. 9, 15. Ps. 34, 4. Job. 15, 28. 29, 13.

Annot. I. Conjunctivus tamen post ἐάν, ὅταν, ἕως ἄν et conjunctiones similes, quæ cum ἄν compositæ sunt, sæpe per præsens vertitur, imprimis ubi ex futuro vel phrasi vim futuri habente pendet, e. g. ... ܐܢ ܐܡܪܝܢ ܚܢܢ ... ܡܝܬܝܢ ܚܢܢ ܘܐܢ ܝܬܒܝܢ ܚܢܢ ܗܪܟܐ ܐܦ ܡܝܬܝܢ ܚܢܢ ἐὰν εἴπωμεν ... ἀποθανούμεθα, καὶ ἐὰν καθίσωμεν ὧδε, καὶ ἀποθανούμεθα 4 Reg. 7, 4; ܘܝ ܠܗ ܠܚܕ ܐܡܬܝ ܕܢܦܠ οὐαὶ τῷ ἑνὶ ὅταν πέσῃ Eccl. 4, 10; ܐܡܬܝ ܕܡܗܠܟ ܐܢܬ ܐܝܬܝܗ̇ ... ܐܡܬܝ ܕܝܢ ܕܕܡܟ ܐܢܬ ܢܛܪܟ ἡνίκα ἂν περιπατῇς ἐπάγου αὐτὴν ... ὡς δ᾽ ἂν καθεύδῃς φυλασσέτω σε Prov. 6, 22, cfr. 4 Reg. 7, 3. Es. 6, 13. Prov. 23, 1. 26, 25 al. Rarius talis conjunctivus, ubi ex præsenti vel præterito pendet, per præsens vertitur, e. g. ܐܡܬܝ ܕܩܐܡ ܐܢܐ ܥܠܝ ܡܡܠܠܝܢ ὅταν ἀναστῶ, κατ᾽ ἐμοῦ λαλοῦσι Job. 19, 18, cfr. 7, 4. Prov. 11, 15; ܐܦ ܐܢ ܓܝܪ ܡܬܕܟܪ ܐܢܐ ܐܬܥܡܠܬ ἐάν τε γὰρ μνησθῶ, ἐσπούδακα Job. 21, 6, cfr. Jud. 15, 14. Multo tamen sæpius futurum in ejusmodi juncturis retinetur; et hunc modum conjunctivi vertendi omnino arbitrarium esse, inde apparet, quod conjunctivus in eadem junctura verborum tum per participium tum per futurum redditur, sic ὃς ἐὰν ἐπιστηριχθῇ ἀνὴρ ἐπ᾽ αὐτήν vertitur: ܗܘ ܕܐܢ ܡܣܬܡܟ ܓܒܪܐ ܥܠܘܗܝ 4 Reg. 18, 21, sed in loco parallelo Es. 36, 6: ܗܘ ܐܢܫ ܕܐܢ ܢܣܬܡܟ, cfr. Cant. 2, 7 cum 3, 5.

Annot. II. Perraro conjunctivus aoristi, ubi eandem vim habet atque conjunctivus futuri exacti (perfecti) Latinorum, per præteritum exprimitur, e. g. ܘܢܗܘܐ ܕܡܐ ܕܫܠܡܬ καὶ ἔσται ὅταν παύσῃ Jer. 51, 63, cfr. Jud. 13, 17, quod exceptionaliter fieri, ostendit Job. 14, 13: ܠܟܣ ܓܝܪ ܠܡܛܫܝܘ ... ܪܘܓܙܐ

---

*) Opinari possis, Paulum mendose ἠμφιέσαντο pro plusqpf. habuisse, quod tamen si eam notitiam linguæ Græcæ, quam alibi exhibet, consideraveris, parum verisimile videbitur.

6

ܕܢܛܪ ܗܘܝܬ ܠܝ ܕܢܫܠܐ ܘܬܣܝܡ ܠܝ ܙܒܢܐ *εἰ γὰρ ὄφελον ἐφύλαξάς με ... ἕως ἂν παύσηταί σου ἡ ὀργή, καὶ τάξῃ μοι χρόνον*, ubi priore quidem loco conjunctivus per præsens, posteriore autem per præteritum translatus est (nisi forte etiam priore loco legendum est præt. ܕܢܛܪ).

Annot. III. Futurum sequente ܗܘܐ pleonastico, quod alibi non raro conjunctivo et optativo exprimendo inservit (vid. *Hoffmann,* Gramm. Syr. § 130, 5), semel tantum in nostra versione pro optativo repperi: ܡܢܘ ܓܝܪ ܢܬܠ ܗܘܐ *τίς γὰρ ἂν δοίη* Job. 19, 23 (sed Job. 31, 31 idem ܡܢܘ ܢܬܠ vertitur, cfr. 29, 2). Parum accurate optativus per præsens vertitur Job. 23, 3: ܡܢܘ ܕܝܢ ܝܕܥ ܕܐܫܟܚܝܘܗܝ ܐܢܐ ܠܗ ܘܐܬܐ ܠܫܘܠܡܐ *τίς δὲ γνοίη, ὅτι εὕροιμι αὐτὸν, καὶ ἔλθοιμι εἰς τέλος*; postremo loco (et in versiculis sequentibus) optativus regulariter per futurum translatum est, non autem duobus prioribus. Accidit etiam, ut in enuntiatione hypothetica optativus per imperfectum exprimatur: ܠܘ ܓܝܪ ܡܨܐ ܗܘܝܬ ܫܠܛ ܐܢܐ ܠܝ ܠܡܣܝܒܘܬ *εἰ γὰρ ὄφελον δυναίμην ἐμαυτὸν διαχειρώσασθαι* Job. 30, 24; sed plerumque per futurum vertitur, e. g. Ps. 118, 5. Job. 6, 2. 8.

§ 32. *Imperativus* præceptum involvens affirmativum per omnia tempora in secunda persona per imperativum, in tertia vero per futurum Syriace exprimitur, ita ut nunquam tempus, ad quod Græce pertineat, a priori dignosci possit, e. g. ܫܒܚܘ ... ܩܥܘ ... ܐܘܕܥܘ ... ܐܬܕܟܪܘ ... ܫܒܚܘ *ὑμνεῖτε ... βοᾶτε ... ἀναγγείλατε ... μιμνήσκεσθε ... ὑμνήσασθε* Es. 12, 4. 5; ܐܬܬܟܠܘ ܘܐܣܬܡܟܘ *πεποίθατε καὶ ἀντιστηρίσασθε* Es. 50, 10; ܢܫܒܚܟ *ἐγκωμιαζέτω σε* Prov. 27, 2; ܢܬܩܪܐ *κεκλήσθω* Es. 4, 1; ܢܣܒܘܢ ... ܘܢܚܣܢܘܢ *λαβέτωσαν ... καὶ κρατήσουσι* 4 Reg. 12, 5. — Imperativus autem prohibitivus semper per futurum vertitur, e. g. ܠܐ ܬܟܠܐ ܐܝܬܐ ܒܢܝ̈ ܕܝܠܝ *μὴ κώλυε, ἄγε τοὺς υἱούς μου* Es. 43, 6; ܠܐ ܬܒܙܘܙ ܡܣܟܢܐ ... ܘܠܐ ܬܨܥܪ *μὴ ἀποβιάσου ... καὶ μὴ ἀτιμάζῃς* Prov. 22, 22; ܠܐ ܬܬܬܟܠܘܢ *μὴ πεποίθατε* Jer. 7, 4, cfr. Es. 43, 18. 44, 21. Job. 12, 5 sæp.

§ 33. *Infinitivus* Græcus, si notionem retinet illius temporis, ad quod pertinet, per tempus finitum ei respondens circumscribitur. Hoc fit

1) Ubi verbis sentiendi et declarandi regitur; tunc enim per tempus finitum præcedente particula ܕ exprimitur, e. g. ܗܢܘܢ ܕܡܣܬܟܠܝܢ ܗܘܘ ܕܡܕܒܪܝܢ *οἱ ἐδόκουν κυβερνᾶν* Dan. 13, 5; ܚܙܝܬ ܕܡܢ ܛܘܪܐ ܐܬܓܙܪܬ ܟܐܦܐ *ἑώρακας ἐκ τοῦ ὄρους τμηθῆναι τὸν λίθον* Dan. 2, 45, cfr. Prov. 27, 14. 28, 24. Job. 15, 21. 20, 7 (ubi pro ܕܡܣܒܪ legendum est ܡܣܒܪ).

Annot. Interdum tamen ejusmodi infinitivus Syriace per infinitivum vertitur, ut ܐܢ ܢܬܗܘܢ ܒܠܒܐ ܠܡܬܦܢܝܘ (sic legendum est pro ܢܬܗܘܢܘܢ) *ἐὰν νοήσῃ τῇ καρδίᾳ ἐπιστραφῆναι* Job. 33, 23; ܠܐ ܢܗܝܡܢ ܠܡܬܦܢܝܘ ܡܢ ܚܫܘܟܐ *μὴ πιστευέτω ἐπιστραφῆναι ἀπὸ σκότους* Job. 15, 22, cfr. Ps. 26, 13.

2) Ubi infinitivus præpositione *ἐν* regitur, per tempus finitum præcedente ܟܕ vertitur; articulus, qui Græce infinitivo præmittitur, non vertitur, e. g. ܘܗܘܐ ܕܟܕ ܡܣܩ ܡܪܝܐ *καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἀνάγειν τὸν Κύριον* 4 Reg. 2, 1; ܟܕ ܡܡܠܠ ܐܢܐ ܠܘܬܟ ܐܦܬܚ *ἐν τῷ λαλεῖν με πρός σε ἀνοίξω* Ezech. 3, 27; ܘܗܘܐ ܟܕ ܫܡܥ ܡܠܟܐ *καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἀκοῦσαι τὸν βασιλέα* Dan. 3, 91; cfr. 4 Reg. 4, 10. 7, 17. 8, 29. Es. 37, 38. — Aliquando, imprimis ubi cum futuro connexus est, infinitivus præsentis per temp. finit. præcedente ܡܐ ܕ vel ܐܡܬܝ ܕ exprimitur, e. g. ܢܚܣܐ ... ܡܐ ܕܥܐܠ *ἱλάσεται ... ἐν τῷ εἰςπορεύεσθαι* 4 Reg. 5, 18, cfr. Ps. 27, 2. 50, 6; ܠܐ ܐܒܗܬ ܐܡܬܝ ܕܚܐܪ ܐܢܐ *οὐ μὴ αἰσχυνθῶ ἐν τῷ ἐπιβλέπειν με* Ps. 118, 6, cfr. Hos. 6, 12; ܠܡܢܐ ܟܕ ܟܡܝܪ ܐܢܐ ܪܕܐ ܐܢܐ ܡܐ ܕܐܠܨ ܒܥܠܕܒܒܐ *ἱνατί σκυθρωπάζων πορεύομαι ἐν τῷ ἐκθλίβειν τὸν ἐχθρόν*; Ps. 41, 10. 42, 2. Perraro *ἐν* ante infinitivum per ܒ translatum repperi, e. g. ܒܚܕ ܙܒܢܐ ܐܡܪ ܡܠܠ ܡܪܝܐ *ἐν τῷ ἅπαξ λαλῆσαι τὸν Κύριον* Job. 33, 14, cfr. Ezech. 16, 52. Thren. 4, 14.

Annot. I. Infinitivus præsentis nonnunquam, ubi cum præterito connexus est, itaque propter contextum notionem imperfecti accipit, per imperfectum circumscribitur, e. g. ܡܐ ܕܐܙܠܝܢ ܗܘܘ ܐܙܠܝܢ ܗܘܘ ܘܡܐ ܕܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܘܡܐ ܕܡܫܬܩܠܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܐܪܥܐ ܡܫܬܩܠܝܢ ܗܘܘ *ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτὰ ἐπορεύοντο, καὶ ἐν τῷ ἑστάναι αὐτὰ εἱστήκεισαν, καὶ ἐν τῷ ἐξαίρειν αὐτὰ ἀπὸ τῆς γῆς ἐξήροντο* Ezech. 1, 21; ܛܡܐܘ ... ܟܕ ܡܬܐܡܪܝܢ ܗܘܘ *ἐβεβήλωσαν ... ἐν τῷ λέγεσθαι αὐτούς* Ezech. 36, 20, cfr. 4 Reg. 4, 8. Ezech. 1, 12. 17. 19. 24. 10, 17. Ps. 41, 4. 11. Prov. 8, 29. Thren. 4, 14. — In una tantum loquendi formula inf. præs. constanter per præteritum vertitur: ܒܪ ܕ ... ܫܢܝܢ ܐܡܠܟܗ ܗܘܐ ܟܕ ܐܡܠܟ *υἱὸς ... ἐτῶν ἦν ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν* 4 Reg. 8, 17. 26. 11, 21. 14, 2. 15, 2 etc., quod sine dubio hoc modo transtulit Paulus, quia translatio regularis ܟܕ ܡܡܠܟ »dum rex erat« potuisset intelligi, quum sensus textus Græci sit: »quum rex factus est«. Eodem modo, sed parum accurate, vertitur: ܫܕܐ ܟܕ ܡܣܟܢܐ ܗܘܐ *ἔρριψε*

Συρία ἐν τῷ θαμβεῖσθαι αὐτούς 4 Reg. 7, 15*). — Raro fit, ut inf. præs. ex futuro pendens per futurum exprimatur, e. g. ܡܢ ܕܠܡܩܪܒܘ ܫܢܝܐ ܬܬܝܕܥ ܡܢ ܕܠܡܩܪܒܘ ܙܒܢܐ ܬܬܚܘܐ *ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη ἐπιγνωσθήσῃ, ἐν τῷ παρεῖναι τὸν καιρὸν ἀναδειχθήσῃ* Hab. 3, 2, cfr. Ezech. 37, 28; similiter vertitur Jer. 9, 24: ܐܠܐ ܠ ܒܗܕܐ ܢܫܬܒܗܪ ܕܡܫܬܒܗܪ ... ܗܢܘ ܕܡܣܬܟܠܘ ܘܠܡܕܥܘ ܠܝ *ἀλλ' ἢ ἐν τούτῳ καυχάσθω . . . ἐν τῷ συνιεῖν καὶ γινώσκειν με.* Periit in his juncturis vis temporalis infinitivi, cfr. 3, Ann. I.

Annot. II. Infinitivus aoristi præpositione *ἐν* rectus, ubi cum futuro ita est connexus, ut actio, quam exprimit, et ipsa futuri temporis esse videatur, per participium præcedente ܕ ܡܐ vel ܕ ܐܡܬܝ vertitur, e. g. ܢܕܥܘܢ ... ܡܐ ܕܦܬܚܬ ܐܢܐ *γνώσονται . . . ἐν τῷ ἀνοῖξαί με* Ezech. 37, 13, cfr. 36, 23. Ps. 9, 4. 13, 7. 91, 8; ܢܕܥܘܢ ... ܐܡܬܝ ܕܬܒܪܬ ܐܢܐ *γνώσονται . . . ἐν τῷ συντρίψαι με* Ezech. 34, 27, cfr. 20, 41. 42; rarius per futurum præced. ܡܢ, ut ܡܢ ܕܢܬܠ ܡܪܝܐ ... ܐܕܘܫ *ἐν τῷ δοῦναι Κύριον . . . καταξανῶ* Jud. 8, 7; (Dan. 11, 4 inf. aor. cum futuro connexus per præteritum vertitur: ܡܐ ܕܩܡ ܢܬܬܒܪ *ἐν τῷ ἐπαναστῆναι αὐτὸν συντριβήσεται;* sed non dubito quin legendum sit ܡܐ ܕܢܩܘܡ). — Unico loco infinitivum aoristi cum imperfecto conjunctum per impf. translatum repperi: ܠܘ ܐܠܘ ܡܪܝܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܥܡܢ ܡܐ ܕܩܡܝܢ ܗܘܘ ܒܢܝܢܫܐ ܥܠܝܢ *εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἦν ἐν ἡμῖν ἐν τῷ ἐπαναστῆναι ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς* Ps. 123, 2**).

Annot. III. Illas particulas, quæ Syriace locum præpositionis *ἐν* explent, ubi plures infinitivi eodem *ἐν* reguntur, ante primum tantum tempus finitum poni, dum reliqui infinitivi etiam per tempora finita, utpote eâdem particulâ recta, vertuntur, vix opus est ut moneam, e. g. ܡܣܟܐ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܐܡܬܝ ܕܡܩܒܠ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ... ܘܡܣܟܐ ܐܢܐ ܠܟܘܢ *προσδέξομαι ἐγὼ ὑμᾶς ἐν*

---

*) Jer. 2, 35 ܗܐ ܐܢܐ ܕܐܢ ܐܢܐ ܠܘܬܟ ܒܡܐ ܕܐܡܪܬ non cum codicibus vertendum est: *ἰδοὺ ἐγὼ κρίνομαι πρός σε ἐν τῷ λέγειν σε*, sed: *διὰ τὸ εἰπεῖν σε.*

**) Quod legitur Dan. 10, 15 (cfr. v. 11 et 19): ܡܢ ܗܘ ܕܡܡܠܠ ... ܝܗܒܬ sine dubio non cum cod. Chisiano vertendum est: *ἐν τῷ αὐτὸν λαλῆσαι . . . ἔδωκα*, sed: *ἐν τῷ αὐτὸν λαλεῖν*, vel potius: *αὐτοῦ λαλοῦντος* (cfr. Es. 65, 24). — Jer. 22, 23: ܬܬܬܢܚܝܢ ܡܢ ܕܐܬܝܢ ܠܟܝ ܚܒܠܐ *καταστενάξεις ἐν τῷ ἐλθεῖν σοι ὠδῖνας* aut mendum est librarii pro ܡܐ ܕܐܬܝܢ, aut vertendum est: *ἐκ τοῦ ἐλθεῖν.* De inf. aor. per plusquamperfectum vertendo vide notam nostram ad Jud. 8, 3.

τῷ ἐξαγαγεῖν με ὑμᾶς . . . καὶ ἐκδέχεσθαι ὑμᾶς Ezech, 20, 41. Hoc etiam de regulis sequentibus valet.

3) Aliis præpositionibus rectus, iis exceptis, quæ intentionem vel consequentiam denotant, infinitivus per tempus finitum ei respondens præcedente ܕ particula exprimitur; articulus *τὸ*, qui infinitivo præmittitur, plerumque per pronom. demonstr. ܗܿܘ vertitur, e. g. ܡܢ ܗܿܘ ܕܩܿܥܐ ܐܢܐ *ἀπὸ τοῦ κράζειν με* Ps. 31, 3; ܚܠܦ ܗܿܘ ܕܐܬܬܫܝܛܬܘܢ ܘܐܣܬܢܝܬܘܢ *ἀντὶ τοῦ ἀτιμασθῆναι ὑμᾶς καὶ μισηθῆναι ὑμᾶς* Ezech. 36, 3; ܡܛܠ ܗܿܘ ܕܫܒܼܘ *ἕνεκεν τοῦ αἰχμαλωτεῦσαι αὐτούς* Am. 1, 6, cfr. Es. 8, 6. Ezech. 29, 9. 36, 6. Am. 1, 11. Job. 4, 20. 21 al.; ܡܢ ܒܬܪ ܕܐܫܬܒܝܬ *μετὰ τὸ αἰχμαλωτισθῆναι* Thren. 1, 1; ܡܛܠ ܕܪܚܩܘ *διὰ τὸ ἀπώσασθαι αὐτούς* Am. 2, 4, cfr. 4 Reg. 3, 5. 14, 17. 22. 19, 28. Es. 36, 21. Jer. 3, 7. 24, 1. Job. 42, 7 al.

Annot. I. Aliquando tamen infinitivus ejusmodi præpositionibus rectus, ubi contextus ei notionem alius temporis tribuit, aliter vertitur, e. g. ܚܠܦ ܕܡܚܒܢܢ ܣܛܪܘܢܝ *ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾶν με ἐνδιέβαλόν με* Ps. 108, 4, cfr. 37, 21, not. a (cfr. § 34). — Infinitivus aoristi præpositione *πρό* rectus aut per infinitivum constructum præced. ܕ, aut per futurum præced. ܕ vertitur, cujus rei nullam video causam, nam manifestum est notionem præteriti plerumque ei inesse, e. g. ܩܕܡ ܕܬܫܡܥܘܢ ܐܬܓܠܝ *πρὸ τοῦ ἀναγγεῖλαι ἐδηλώθη* Es. 42, 9; ܩܕܡ ܕܠܬܗܘܡܐ ܢܥܒܕ ܩܕܡ ܕܢܦܩܘܢ ܡܒܘܥܐ ܕܡܝܐ ܩܕܡ ܕܢܬܩܢܘܢ ܛܘܪܐ . . . ܝܠܕ ܠܝ *πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι, πρὸ τοῦ προελθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, πρὸ τοῦ τὰ ὄρη ἑδρασθῆναι . . . γεννᾷ με* Prov. 8, 24. 25, cfr. Ezech. 33, 22. Ps. 57, 10. 89, 2. 118, 67. Semel tantum infinitivum post *πρό* modo regulari translatum repperi: ܠܐ ܬܣܒ ܡܢܝ ܩܕܡ ܕܡܐܬ ܐܢܐ *μὴ ἀφέλῃς ἀπ' ἐμοῦ πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν με* Prov. 30, 7 (cfr. Annot. II).

Annot. II. Infinitivus præsentis, sicut post *ἐν* (vid. 2, Ann. I), sic etiam post reliquas præpositiones, ubi cum præterito arcte connexus est, per imperfectum circumscribitur, e. g. ܦܪܩ ܐܢܘܢ ܡܛܠ ܗܿܘ ܕܪܚܡ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܘܚܐܣ ܗܘܐ ܥܠܝܗܘܢ *ἔσωσεν αὐτοὺς διὰ τὸ ἀγαπᾶν αὐτοὺς καὶ φείδεσθαι αὐτῶν* Es. 63, 9. — Eodem modo infinitivus aoristi ex futuro pendens (vid. 2, Ann. II) per præsens redditur, e. g. ܢܗܘܐ ܒܬܪ ܕܡܦܩ ܐܢܐ ܠܗܘܢ *ἔσται μετὰ τὸ ἐκβαλεῖν με αὐτούς* Jer. 12, 15, cfr. Jud. 9, 33. 15, 12. Ruth. 3, 3. Ezech. 43, 23. 44, 26. 46, 12. Prov. 20, 25. Eadem sine dubio causa fuit adhibendi præsens Ps. 36, 20: ܬܢܢܐ ܢܗܘܘܢ. ܟܕ ܡܬܦܪܣܝܢ ܗܢܘܢ ܕܝܩܝܪܐ ܠܗܘܢ

ܕܚܛܝܐ ܘܒܥܠܕܒܒܘܗܝ. ܡܢ ܕܐܫܬܒܚܘ ... ܐܬܓܡܪܘ *οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπολοῦνται· οἱ δὲ ἐχθροὶ τοῦ Κυρίου ἅμα τῷ δοξασθῆναι αὐτοὺς καὶ ὑψωθῆναι, ἐκλείποντες ... ἐξέλιπον*, suspicor enim, Paulum infinitivos *δοξασθῆναι* et *ὑψωθῆναι* quasi ex futuro *ἀπολοῦνται* pendentes accepisse, quamquam hoc contra simplicem juncturam verborum est, et contra eam interpunctionem, quam exhibet editio Bugati.

4) Infinitivi perfecti et futuri, quia semper notionem temporis retinent, semper per tempora finita iis respondentia circumscribuntur, e. g. ܣܒܪ ܕܗܘܐ ܐܫܬܡܠܝ *δοκεῖ ἤδη πεπληρῶσθαι* Job. 20, 22; ܡܢ ܗܝ ܕܣܢܝܬ *ἐκ τοῦ μεμισηκέναι σε* Ezech. 35, 11, cfr. Es. 60, 15. Prov. 30, 20; ܠܐ ܕܡܡܠܠܢ ܣܦܘ̈ܬܐ ܕܝܠܝ *μὴ λαλήσειν τὰ χείλη μου* Job. 27, 4, cfr. 12, 5; ܣܒܪ ܐܢܬ ܠܡܪܝܐ ܕܣܟܠܘܬܐ ܥܒܿܕ *οἴει τὸν Κύριον ἄτοπα ποιήσειν;* Job. 34, 12 (necesse enim est, sicut indicativus futuri, cfr. § 30, 6, sic et infinitivus per præsens exprimi possit).

Annot. I. Ea verba, quæ in indicativo perfecti vim præsentis habent ideoque per præsens vertuntur, etiam in infinitivo quasi præsentia tractanda esse, manifestum est. Exempla si quæras, invenias passim in regulis de ceteris infinitivis laudata. Et quod de indicativo diximus (§ 30, 1. Annot.), Paulum nonnulla horum perfectorum satis inconstanter vertere, idem de infinitivo valet, e. g. ܫܡܥܬ ... ܡܢ ܩܥܐ ܐܢܐ *εἰσήκουσας ... ἐν τῷ κεκραγέναι με* Ps. 30, 23; ܨܘܬ ... ܡܛܠ ܕܩܥܐ ܐܢܐ *πρόσχες ... ἐν τῷ κεκραγέναι με* Ps. 140, 1; ܢܫܡܥܢܝ ܡܢ ܩܥܐ ܐܢܐ *εἰσακούσεταί μου ἐν τῷ κεκραγέναι με* Ps. 4, 4; sed etiam: ܡܢ ܕܩܥܝܬ ܫܡܥܢܝ *ἐν τῷ κεκραγέναι με εἰσήκουσέ μου* Ps. 21, 25. Quod legitur Es. 5, 13: ܡܫܒܝܐ ܥܡܐ ܕܝܠܝ ܗܘܐ ܡܛܠ ܕܠܐ ܝܕܥ *αἰχμάλωτος ὁ λαός μου ἐγενήθη διὰ τὸ μὴ εἰδέναι αὐτόν* (sic vertas pro *αὐτούς* codicum, vel deleas *αὐτόν*), mendum scribæ videtur pro participio ܝܕܥ (cfr. 51, 7. 56, 11).

Annot. II. Quod supra (§ 30, 4) diximus in indicativo perfecti passivi aliquando contra regulam fieri, ut per præteritum vertatur, in infinitivo ejus regulariter fieri videtur, e. g. ܡܛܠ ܕܐܬܟܐܒ *διὰ τὸ κεκακῶσθαι* Es. 53, 7, cfr. Job. 20, 22. — Sicut contextus nonnunquam infinitivo præsentis notionem imperfecti impertit, sic etiam infinitivo perfecti notionem plusquamperfecti, quod Paulus interdum exprimit, e. g. ܚܝܠ ܡܪܝܐ ܠܥܓܠܘܡ ... ܥܠ ܐܝܣܪܝܠ ܡܛܠ ܕܥܒܕܘ ܗܘܘ *ἐνίσχυσε Κύριος τὸν Ἐγλὼμ ... ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ διὰ τὸ πεποιηκέναι αὐτούς* Jud. 3, 12; sic etiam opinor, Paulum Ps. 37, 17 pro ܡܛܠ ܕܐܬܬܙܝܥ ܗܘܝ ܕܢܬܬܙܝܥ ܥܠܝ ܪ̈ܓܠܝ legisse: *ἐν τῷ σεσαλεῦσθαι πόδας μου*

ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλοῤῥημόνησαν, nec ut in codicibus: *ἐν τῷ σαλευθῆναι.* — Quod extat Prov. 25, 26: ܠܐ ܟܐܢܐ ܕܡܫܬܡܥܐ ܢܦܠ *ἄκοσμον δίκαιον πεπτωκέναι*, sine dubio corrigendum est in præt. ܢܦܠ. Ps. 118, 7: ܐܘܕܐ ܠܟ ... ܐܝܟ ܕܝܠܦܬ ܐܢܐ *ἐξομολογήσομαί σοι ἐν τῷ μεμαθηκέναι με*, suspicor in codice Pauli *ἐν τῷ μανθάνειν* vel *μαθεῖν με* sonuisse.

§ 34. In omni alia junctura infinitivi præsentis et aoristi, quippe actionis tantum, non simul temporis notionem continentes, aut per infinitivum constructum (h. e. infin. præfixo ܠ), aut per futurum præfixa ܕ particula vertuntur, quod ܕ, si plures infinitivi per *καί* conjuncti sunt, primo tantum præfigitur et ante reliqua subauditur. Idem ܕ etiam infinitivo præfigitur, si præpositionibus vel conjunctionibus regitur, et ubi articulus Græcus (per ܗܘ) expressus est, e. g. ܗܘ ܕܢܬܩܪܒ ܠܐܠܗܐ ܛܒܬܐ ܐܝܬܘܗܝ ܠܡܣܡ ܒܡܪܝܐ ܣܒܪܐ ܕܝܠܝ *τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ θεῷ ἀγαθόν ἐστι, τίθεσθαι ἐπὶ Κυρίῳ τὴν ἐλπίδα μου* Ps. 72, 28, cfr. 117, 8 s. Prov. 25, 7. 27. Job. 13, 5. 28, 28. 34, 20; ܛܒܐ ܗܘ ܗܘ ܕܠܐ ܬܢܕܪ ܐܘ ܕܬܢܕܪ ܘܠܐ ܬܦܪܘܥ *ἀγαθὸν τὸ μὴ εὔξασθαί σε, ἢ εὔξασθαί σε καὶ μὴ ἀποδοῦναι* Eccl. 5, 4, cfr. Jud. 9, 2. 18, 19. Job. 21, 34; — ܐܚܒܬ ... ܥܘܠܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܬܡܠܠ ܟܐܢܘܬܐ *ἠγάπησας ... ἀδικίαν ὑπὲρ τὸ λαλῆσαι δικαιοσύνην* Ps. 51, 5, cfr. Ezech. 40, 4; ܠܘܬ ܗܘ ܕܢܬܐܣܐ *πρὸς τὸ ἰατρευθῆναι* 4 Reg. 8, 29, cfr. Dan. 2, 30; — ... ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܠܡܫܬܘܕܥܘ ܠܡܬܢܟܦܘ *λέγω ὑμῖν ... ἐπιγινώσκειν, αἰδεῖσθαι* Prov. 24, 23, cfr. 4 Reg. 23, 3. Es. 42, 7. 56, 6. Jer. 24, 7; ܗܘ ܕܐܡܪ ܠܟܘܪܫ ܕܢܬܪܥܐ *ὁ λέγων τῷ Κύρῳ φρονεῖν* Es. 44, 28, cfr. 36, 21. 43, 22. 49, 6; — ܐܝܟܢܐ ܕܬܦܪܩܘܢܢܝ ܡܢ ܒܥܠܕܒܒܐ ܐܘ ܡܢ ܐܝܕܐ ܕܫܠܝܛܐ ܠܡܦܨܝܘܬܢܝ *ὥστε σῶσαί με ἐξ ἐχθρῶν, ἢ ἐκ χειρὸς δυναστῶν ῥύσασθαί με* Job. 6, 23; ܐܝܟܢܐ ܕܢܗܘܘܢ ... ܘܠܡܠܦܘ ܐܢܘܢ ... ܘܠܡܬܠ ܠܗܘܢ ... ܘܠܡܪܒܝܘ ܐܢܘܢ ... ܘܡܢ ܗܠܝܢ ܠܡܩܡܘ *ὥστε εἶναι ... καὶ διδάξαι αὐτοὺς ... καὶ διδόναι* (sic legas pro *διδόσθαι* Chis.) *αὐτοῖς ... καὶ ἐκπαιδεῦσαι αὐτοὺς ... καὶ ἀπὸ τούτων στῆσαι* Dan. 1, 4. 5, cfr. Jud. 9, 24. 4 Reg. 6, 23. Es. 8, 8. 48, 5. 66, 7. Prov. 30, 14.

Annot. I. Ubi infinitivus verbo regitur, nonnunquam per futurum verbo regenti *ἀσυνδέτως* adjunctum vertitur, e. g. ܫܕܪܢܝ ... ܐܡܠܠ *ἀπέστειλέ με ... λαλῆσαι* Es. 36, 12 (loco parallelo 4 Reg. 18, 27: ܫܕܪܢܝ ܠܡܡܠܠܘ); ܡܫܟܚ ܠܡܬܚܠܛܘ *δύναται συγκραθῆναι* Dan. 2, 43, cfr. Jud. 9, 9. 11. 13. Es. 29, 11. Dan. 9, 23. Prov. 26, 15.

Annot. II. Ubi infinitivus verbo regitur, cui vis privativa inest, hæc aliquoties præpositione ܡܢ seq. ܕ infinitivo præmittenda exprimitur, e. g. ܗܘ ܕܡܣܬܟܠ ܡܢ ܠܡܐܠܦ ὁ σχολάζων τοῦ μαθεῖν Prov. 17, 16; ... ܫܠܡܘ ܡܢ ܠܡܐܡܪ ܠܐܝܘܒ ἡσύχασαν ... ἀντειπεῖν Ἰώβ Job. 32, 1, cfr. Es. 59, 15. Jer. 51, 30. Prov. 3, 27 (sed plerumque per simplicem infin. constr. vertitur, vid. Es. 38, 14. Jer. 51, 63. Prov. 19, 27. 23, 13. Eccl. 12, 12). — Num eodem modo exprimatur notio privativa, ubi negatio μὴ infinitivo præmittitur, dubito; legimus quidem ܛܪ ܡܢ ܠܡܥܒܪ φύλαξαι μὴ παρελθεῖν 4 Reg. 6, 9; ܐܣܬܠܩܘ ܡܢ ܠܡܫܡܥ ἀπέστησαν τοῦ μὴ ἀκοῦσαι Dan. 9, 11; sed quum alibi semper negatio exprimatur (e. g. ܐܢ ܬܗܦܘܟ ... ܕܠܐ ܠܡܥܒܕ ἐὰν ἀποστρέψῃς ... τοῦ μὴ ποιεῖν Es. 58, 13, cfr. 56, 6. Jer. 17, 23. 18, 10. Ezech. 34, 10. Job. 31, 34. 33, 24), suspicor Paulum his locis in suo codice nullam negationem legisse.

Annot. III. Semel infinitivum aoristi substantive usurpatum per præteritum verti repperi: ܗܘ ܕܝܢ ܕܐܬܬܪܝܡ ܐܝܠܢܐ ܗܘ ܘܡܛܝ ܠܫܡܝܐ ܘܡܛܐ ܬܘܩܦܗ ܕܒܥܢܢܐ τὸ δὲ ἀνυψωθῆναι τὸ δένδρον ἐκεῖνο, καὶ ἐγγίσαι τῷ οὐρανῷ, καὶ τὸ κύτος αὐτοῦ ἅψασθαι τῶν νεφελῶν Dan. 4, 19; ibi enim contextus præteritum requirit. — Etiam aliis locis a regulis supra allatis disceditur, sed textus ibi corrigendus esse videtur, sic pro ܠܐܚܝܕܗ ܕܠܐ ܢܦܠ ἀνθέξεται αὐτὸν τοῦ μὴ πεσεῖν Job. 33, 24, lege fut. ܕܠܐ ܢܦܠ (cfr. 31, 34); pro ܡܢܘ ܓܝܪ ܢܬܠ ܕܢܬܟܬܒܢ ܡܠܝ ܢܣܝܡ ܕܝܢ ܠܗܘܢ τίς γὰρ ἂν δοίη γραφῆναι τοὺς λόγους μου, τεθῆναι δὲ αὐτά Job. 19, 23, lege ܕܢܬܣܝܡܘܢ præfixo ܕ (cfr. Jud. 9, 2), et e contrario pro ܛܒ ܠܝ ܠܡܡܬ ܐܘ ܕܐܚܐ ἀγαθόν μοι ἀποθανεῖν με ἢ ζῆν Jon. 4, 8, lege ܠܡܚܐ sine ܕ (cfr. Prov. 25, 7).

§ 35. *Participium* quum Syriace ad tempus aliquod verbale (præs. et perf. pass.) exprimendum plerumque adhibeatur, necesse est participia Græca per indicativum circumscribantur ejus temporis, ex quo participium petitum est, præcedente pro eo modo, quo adhibitum est participium, pronomine vel conjunctione, e. g. ܫܕܪܘ ... ܟܕ ܐܡܪܝܢ ἀπέστειλαν ... λέγοντες Jer. 36, 14; ܗܢܘܢ ܕܢܦܠܘ οἱ πεπτωκότες Ezech. 32, 27; ܡܕܝܢܬܐ ܕܠܐ ܡܬܥܡܪܢ πόλεις μὴ κατοικηθησομένας Jer. 22, 6; ܟܕ ܐܣܒܪ ܐܝܘܒ ܐܡܪ ὑπολαβὼν Ἰὼβ λέγει Job. 16, 1; ܐܝܠܝܢ ܕܡܫܝܚܢ τὰ κεχριμένα Dan. 4, 23.

Annot. I. Si participia complura per καί sunt conjuncta et articulo destituta sunt, pronomen vel conjunctio primo tantum præfigitur, ante reli-

qua autem subauditur; sin autem nullo *καί* juncta sunt vel articulum habent, pronomen vel conjunctio repetitur, e. g. ܕܡܛܥܐ ܠܥܡ̈ܡܐ ܘܡܘܒܕ ܠܗܘܢ ܕܡܛܥܐ ܠܥܡ̈ܡܐ ܘܡܕܒܪ ܠܗܘܢ *πλανῶν τὰ ἔθνη καὶ ἀπολλύων αὐτὰ, καταστρωννύων τὰ ἔθνη καὶ καθοδηγῶν αὐτά* Job. 12, 23; ... ܡܢܘ ܢܦܠܓ ܕܡܗܦܟ ܚܟܝܡ̈ܐ ܠܒܣܬܪ ܘܠܡܬܚܫܒܬܐ ܕܝܠܗܘܢ ܡܫܛܐ ܘܡܩܝܡ ܡܠܬܐ ... ܘܠܡܬܚܫܒܬܐ ܕܐܡܪ ܗܘ ܡܫܪܪ *τίς διασκεδάσει ... ἀναστρέφων φρονίμους εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ τὴν βουλὴν αὐτῶν μωραίνων, καὶ ἱστῶν ῥῆμα ... καὶ τὴν βουλὴν ἀληθεύων, ὁ λέγων* Es. 44, 25. 26; ܗܘ ܡܫܚܠܦ ܙܒܢ̈ܐ ... ܡܢ ܡܩܝܡ ܡܠܟ̈ܐ ܘܡܥܒܪ ... ܘܝܗܒ ... ܡܢ ܓܠܐ ܥܡܝܩ̈ܬܐ ... ܝܕܥ *αὐτὸς ἀλλοιοῖ καιροὺς ... μεθιστῶν βασιλεῖς καὶ καθιστῶν καὶ διδοὺς ... ἀποκαλύπτων βαθέα ... καὶ γινώσκων* Dan. 2, 21. 22, cfr. Es. 48, 1. 2. Ezech. 38, 11. Dan. 3, 22. 8, 27. Job. 7, 2.

Annot. II. Sicut indicativus (cfr. § 30, 2), ita etiam participium præsentis, ubi participium activum et passivum Syriacum eandem habent significationem, per utrumque vertitur, e. g. *ὁ κρατῶν* ܗܘ ܕܐܚܝܕ Es. 41, 13. Job. 26, 9, sed ܗܘ ܕܐܚܕ Prov. 26, 17, cfr. 18, 21; *οἱ ἐγγίζοντες* ܗܢܘܢ ܕܩܪܝܒܝܢ Es. 33, 13. Ps. 54, 19, sed ܗܢܘܢ ܕܩܪܒܝܢ Am. 6, 3. Ps. 31, 9, — et ea præsentia, quæ in indicativo promiscue per part. pass. et per part. conjugationis passivæ vertuntur, idem in participio admittunt, e. g. ܗܢܘܢ ܕܐܒܝܠܝܢ *οἱ πενθοῦντες* Es. 61, 2. 3, ܕܡܬܐܒܠ ܗܘܝܬ *πενθῶν* Dan. 10, 2. — Sed idem etiam usu venit, ubi indicativus nonnisi per participium activum vel part. conj. pass. translatus occurrit, e. g. *ἐνεδρεύοντες* ܡܢ ܟܡܢܝܢ Job. 38, 40, et ܗܢܘܢ ܕܟܡܢܝܢ Prov. 26, 19, cfr. Thren. 3, 10; indicativus vero *ἐνεδρεύει* est ܟܡܢ Ps. 9, pars 2, v. 9. Prov. 7, 12; *καθεύδοντες* ܕܕܡܟܝܢ Ps. 87, 6 et ܕܕܡܟܝܢ Es. 51, 20; *καθεύδεις* vero est ܕܕܡܟ ܐܢܬ Ezech. 4, 9; *κυκλῶν* ܚܕܪ 4 Reg. 6, 15, ܡܬܚܕܪ Cant. 3, 3, sed *κυκλοῖ.* ܡܬܚܕܪ Eccl. 1, 6; *σκυθρωπάζων* ܡܢ ܟܡܝܪ Ps. 41, 10. 42, 2, sed *σκυθρωπάζει* ܡܬܟܡܪ Prov. 15, 13. Non tamen dubito, quin omnino fortuitum sit, exempla non occurrere, ubi indicativus eodem modo translatus sit atque participium.

Annot. III. Participium perfecti activi verborum intransitivorum sæpe quasi passivum vertitur, nec hoc usu venit in iis solum, quæ in indicativo etiam quasi passiva vertuntur (ut ܩܒܝܥܐ *πεπηγώς* Eccl. 12, 11, not. n; ܗܢܘܢ ܬܟܝܠܝܢ ܕܬܟܠܝܢ *οἱ πεποιθότες* Es. 28, 17, cfr. § 30, 4), sed etiam in iis, quæ in indicativo eodem modo translata non occurrunt, e. g. ܠܗܘ ܕܢܦܝܩ *τὸ ἀπο-*

λωλός Ezech. 34, 4, cfr. Ps. 30, 13 (sed ܐܒܕ ἀπόλωλε Ezech. 12, 22. 37, 11), ܕܥܪܝܩ διαπεφευγώς 4 Reg. 9, 15 (ܥܪܩܘ πεφεύγασι Es. 22, 3); sic etiam πεπτωκώς semper vertitur ܕܢܦܝܠ, e. g. Dan. 10, 9. Jud. 3, 25. Am. 8, 3. 9, 11*), quum πέπτωκα semper est ܢܦܠ (tamen Job. 6, 16: ܢܦܝܠܝܢ ܥܠܝ ἐπιπεπτώκασί με). — Exempla etiam occurrunt, etsi raro, ubi part. perf. pass. per præteritum conjugationis passivæ translatum est, e. g. ܗܢܘܢ ܕܐܫܬܒܩܘ οἱ καταλελειμμένοι Es. 37, 31, cfr. 13, 12 (sed 37, 32 idem ܗܢܘܢ ܕܡܫܬܒܩܝܢ vertitur); ܡܕܡ ܕܐܬܥܒܕ ܗܘ τὸ πεποιημένον Eccl. 1, 9 (sed 1, 14 sæp. ܕܥܒܝܕ). — Quod ea verba, quæ in perfecto vim habent præsentis, in part. perf. quasi part. præs. vertuntur, non opus est, ut exemplis illustrem.

Annot. IV. Sicut indicativus futuri sæpe per præsens exprimitur, ita etiam participium, et hoc quidem multo sæpius quam per futurum, e. g. ܒܢܝܐ ܕܡܬܝܠܕܝܢ υἱοὶ τεχθησόμενοι Ps. 77, 6; ܗܘ ܕܡܬܕܝܢ ὁ κριθησόμενος Job. 13, 19, cfr. Ps. 21, 32. Eccl. 1, 9. 11.

§ 36. Ubi participium ut adjectivum adhibitum est, sive hoc attributive sive substantive usurpatur, per id tempus finitum vertitur, ad quod pertinet, præcedente ܕ relativo, cui, si participium articulo præditum est, præmittuntur pronomina demonstrativa eodem modo atque ante pronomen relativum ipsum (cfr. § 24), e. g. ܟܬܢܐ ܕܡܬܛܢܢ λίνον καπνιζόμενον Es. 42, 3; ܥܡܐ ܕܥܒܕ ܙܕܝܩܘܬܐ λαὸς δικαιοσύνην πεποιηκώς Es. 58, 2; ܠܐ ܢܗܘܐ ※ ܗܘ ܕܡܦܨܐ οὐκ ἔσται ※ ὁ: ἐξαιρούμενος Hos. 5, 14; ܠܡܢ ܕܩܢܐ ܠܗ τῷ κεκτημένῳ αὐτήν Prov. 17, 21; ܩܝܣܐ ܗܢܐ ܕܢܨܝܒ ξύλον τὸ πεφυτευμένον Ps. 1, 3; ܡܢ ܕܠܐ ܡܬܗܦܟ ὁ μὴ περιφερόμενος Prov. 11, 29; ܡܚܒܠܢܐ ... ܠܗܢܘܢ ܕܡܚܒܠܝܢ φθερῶ ... τοὺς βουλευομένους Jer. 13, 9; ܗܠܝܢ ܕܫܒܘ ... ܐܝܠܝܢ ܕܫܠܛܘ οἱ αἰχμαλωτεύσαντες ... οἱ κυριεύσαντες Es. 14, 2. — ܐܝܬܝܗܘܢ ܕܝܕܥܝܢ εἰσὶν εἰδότες Eccl. 4, 17; ܐܝܬܝ ܗܘܝܬ ܕܗܠܟ ἤμην πεπορευμένος Job. 31, 5; ܗܘܘ ܕܡܬܚܫܒܝܢ ἐγένοντο λογιζόμενοι Mich. 2, 1, cfr. 4 Reg. 6, 8. 26. 11, 3. 17, 25—29. Jer. 33, 1. Ezech. 1, 12. 2, 10. Dan. 1, 13. 6, 4. 7, 11. 10, 9. 12, 1. Job. 11, 18. Eccl. 8, 11.

Annot. I. Participium perfecti passivi et eorum verborum, quorum

---

*) Sic etiam Jer. 18, 21 et Ezech. 32, 23 pro ܢܦܝܠܝ ܚܪܒܐ πεπτωκότες μαχαίρᾳ legendum est ܢܦܝܠܝ ܚܪܒܐ.

part. perf. act. per part. pass. Syriace vertitur, non raro quasi adjectivum (h. e. in statu emphatico sine ܕ relativo) redditur, si nullo articulo præditum est, e. g. ܡܐܢܐ ܐܒܝܕܐ *σκεῦος ἀπολωλός* Ps. 30, 13, cfr. 4 Reg. 8, 5. Es. 41, 2. 43, 17. Prov. 23, 27; ܫܪܐ ܐܣܝܪ̈ܐ *λύει πεπεδημένους* Ps. 145, 7; ... ܗܝ ܕܚܪܒܐ ... ܐܘܪܚܐ ܕܡܥܒܪܢܘܬܐ ܠܡܦܪ̈ܩܐ ܘܠܡܬܦܪ̈ܩܢܐ *ἡ θεῖσα ... ὁδὸν διαβάσεως ἐῤῥυσμένοις καὶ λελυτρωμένοις* Es. 51, 10. 11, cfr. Ezech. 36, 4. Prov. 16, 30. Job. 5, 11. Eccl. 1, 15; ܗܘܐ ܥܡܐ ܒܙܝܙܐ ܘܡܬܒܙܙܢܐ *ἐγένετο ὁ λαὸς πεπρονομευμένος καὶ διηρπασμένος* Es. 42, 22; ܥܒܕܢܝ ... ܡܚܒܠܐ *πεποίηκέ με ... σεσηπότα* Job. 16, 8, cfr. 4 Reg. 15, 5. Es. 17, 7. 8. 30, 12. 62, 4. — Perraro part. pass. adjective usurpatur, ubi articulum habet, e. g. ܐܪܥܐ ܗܝ ܡܚܒܠܬܐ *ἡ γῆ ἡ ἠφανισμένη* Ezech. 36, 34; ܒܗܠܝܢ ܡܚܪ̈ܒܬܐ ... ܒܗܠܝܢ ܡܫܘܪ̈ܬܐ *ἐν ταῖς ἠρημωμέναις ... ἐν ταῖς τετειχισμέναις* Ezech. 33, 27, cfr. 36, 4. 35. — Raro part. præsentis quasi adjectivum vertitur, e. g. ܐܬܬܥܝܪ ܐܝܟ ܕܡܕܡܟ *ἐξηγέρθη ὡς ὑπνῶν* Ps. 77, 65; ܚܒ̈ܠܐ ܐܝܟ ܕܝܠܕܬܐ *ὠδῖνες ὡς τικτούσης* Jer. 22, 23, cfr. Es. 1, 8. Hos. 13, 12. Job. 29, 13*). — Neque solummodo participia quasi nomina vertuntur, ubi adjective vel substantive sine objecto posita sunt, sed etiam ubi objectum habent vel aliud attributum, quod ut sensus verbalis exprimatur exigere videtur; tunc in statu constructo ponuntur, objectum vero genitivus fit, et ad articulum eorum omnino non respicitur. Hoc modo part. activum æque sæpe ac passivum tractatur, e. g. ܟܠܗܘܢ ܥܒ̈ܕܝ ܠܐ ܢܡܘܣܘܬܐ *πάντες οἱ ἐργαζόμενοι ἀνομίαν* Ps. 35, 13; ܫܐܠܘ ܠܥܒ̈ܪܝ ܐܘܪܚܐ *ἐρωτήσατε παραπορευομένους ὁδόν* Job. 21, 29; ܡܢ ܣܢ̈ܐܝ *ἐκ τῶν μισούντων με* Ps. 17, 18; ܠܬ̈ܒܝܪܝ ܠܒܐ *τοῖς συντετριμμένοις τῇ καρδίᾳ* Ps. 33, 19; ܠܝ̈ܬܒܝ *καθημένοις ἐν σκότει* Ps. 106, 10, cfr. Es. 61, 1. Ps. 27, 3. 33, 17. 36, 1. 48, 2. 67, 2. 73, 23. 119, 7. Rarius ejusmodi genitivus per ܕ exprimitur, e. g. ܣܢ̈ܐܘܗ̇ ܕܨܗܝܘܢ *οἱ μισοῦντες Σιών* Ps. 128, 5; ܠܣܢ̈ܐܝ ܕܝܠܝ *τοὺς μισοῦντάς με* Ps. 17, 41, cfr. 43, 8 (plerumque tamen versio regularis occur-

*) Nonnunquam ܕ ante participium in statu absoluto positum post verbum substantivum desideratur, e. g. ܐܝܬܘܗܝ ܝܕܥ *ἐστὶν εἰδώς* Eccl. 9, 1, cfr. Es. 10, 20. 22, 24. 31, 1. 32, 3. Dan. 6, 26. Prov. 3, 5 (ubi pro ܗܘܬ legendum est ܗܘܐ), Eccl. 8, 16. 9, 5. Dubito, utrum Paulum his locis liberius solito vertisse, an ܕ a librariis omissum esse censendum sit. Posterius tamen, si locos supra (§ 36, fin.) laudatos comparaverimus, veri similius videbitur.

rit, e. g. ܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܦܠܚܝܢ ܠܐ ܢܡܘܣܘܬܐ *πάντες οἱ ἐργαζόμενοι ἀνομίαν* Ps. 6, 9; ܐܝܠܝܢ ܕܣܢܝܢ ܠܝ *οἱ μισοῦντές με* Ps. 34, 19).

Annot. II. Neque tamen participia præsentis et perfecti per participia tantum, quæ quasi nomina construuntur, vertuntur, sed etiam non raro per nomina verbalia, quæ tum substantive tum adjective adhibentur; tunc articulus eorum non exprimitur, sed rarius participia hoc modo verti videntur, ubi articulo prædita sunt, e. g. ܡܓܕܠܐ ܕܢܛܪ̈ܝܢ *πύργος φυλασσόντων* 4 Reg. 17, 9; ܒܐܝܕܐ ܕܒܙܘܙܝܢ ܠܗܘܢ *ἐν χειρὶ διαρπαζόντων αὐτούς* 4 Reg. 17, 20; ܢܦܫܐ ܡܬܒܪܟܬܐ *ψυχὴ εὐλογουμένη* Prov. 11, 25; ܡܒ̈ܐܫܢܐ ܢܬܠܚܡܘܢ *οἱ πονηρευόμενοι ἐξολοθρευθήσονται* Ps. 36, 9; ܡܪܝܐ ܦܪܘܩܐ ܕܦܪܩܟ ܘܡܦܨܝܢܟ *Κύριος ὁ σώζων σε καὶ* (ὁ?) *ἐξαιρούμενός σε* Es. 60, 16, cfr. Jud. 2, 16. Es. 32, 4. Jer. 17, 13. 34, 22. Ps. 3, 2. Prov. 8, 26. 30. Thren. 1, 5. 6. 7 (cfr. § 27, 3).

Annot. III. Ubi participium sine articulo pro tempore finito positum est, ut dicunt, etsi hic usus sine dubio subaudito verbo substantivo explicandus est, tamen non eodem modo redditur, atque ubi illud expressum est, sed semper sine ܕ, eodem modo quo indicativus, e. g. ܒܚܪ ܠܒܐ ܘܟܘ̈ܠܝܬܐ ܐܠܗܐ *ἐτάζων καρδίαν καὶ νεφροὺς ὁ θεός* Ps. 7, 10; ܗܐ ܚܝܠܐ ܚܕܪ ܠܡܕܝܢܬܐ *ἰδοὺ δύναμις κυκλοῦσα τὴν πόλιν* 4 Reg. 6, 15, cfr. Jud. 3, 25. 4 Reg. 6, 5. Ps. 102, 6. Job. 15, 20. Eccl. 9, 16. Sin autem participium articulo præditum est, eodem modo atque post verbum subst. vertitur, e. g. ܪܘܚܐ ܐܠܗܝܬܐ ܗܝ ܗܝ ܕܥܒܕܬ ܠܝ ܢܫܡܬܗ ܕܝܢ ܕܐܚܝܕ ܟܠ ܗܝ ܕܡܠܦܐ ܠܝ *πνεῦμα θεῖον τὸ ποιῆσάν με, πνοὴ δὲ παντοκράτορος ἡ διδάσκουσά με* Job. 33, 4.

